

- Bened. XIII. in Concilio Romano tit. 16. cap. 4. Ibi: "Laicis vero curialibus cum sepe sit eis in palatio nostro apostolico versandum, sepe sit etiam cum Cardinalibus, & Prelatis agendum, togam clericalem nigram communem facimus, & collaria Clericorum propria, sive rotunda sint forma, sive quadrata, penitus prohibemus eisdem, & prohibita jam sibi esse sciunt, renore servato nostri Edicti die 22. Januarii 1725. expediti.
- 55 Irregularitas ex homicidio voluntario non impedit reassumptionem habitus clericalis, & Episcopus procedat prout de jure: Sac. Cong. Immun. in una Civitatis Ducalis 10. Martii 1699. lib. 2. decret. Vallem. pag. 206.
- 56 Clericus reassumens habitum post commissum homicidium gaudet privilegio quoad personam tantum. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Gravinen. 7. Julii 1699. d. l. pag. 230.
- 57 Item Clericus, qui post renuntiationem Clericatus inquisitus à Curia laica, denuo reassumpsit habitum, gaudet privilegio quoad personam tantum. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Spoletana 20. Novemb. 1696. l. 2. decret. Vallem. p. 49.
- 58 Similiter Clericus, qui per duas vices renuntiavit privilegio clericali, & ista renuntiatio accepta fuit ab Ordinario, potest denuo reassumere habitum, & gaudere. Ead. Sac. Cong. Immun. in Marsicen. 22. April. 1692. l. decret. Grim. p. 121.
- 59 Inquisitus de pluribus delictis, & obligatus ad rationem officii Syndici communitatis, de consensu Episcopi reassumens habitum Clericalem, licet habeat uxorem, & filios, gaudet quoad personam, non quoad bona. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Sorana 2. Junii 1693. l. 1. decret. Vallem. p. 51.
- 60 Item gaudet privilegio fori Clericus reassumens habitum, postquam exercuit officium Notarii, administravit publicum archivum, ac alia officia laicalia. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Narrien. 30. Septembris 1698. l. 2. decret. Vallem. p. 178.
- 61 Clericus conjugatus soluto matrimonio rite potest reassumere habitum cum decreto Episcopi. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Anglonen. 19. Aug. 1698. l. 2. decret. Vallem. p. 169.
- 62 Archiepiscopo injungitur, ut adducat rationes cur denegat reassumptionem habitus clericalis. Ead. Sac. Congreg. Immun. in Tranen. 2. Decemb. 1692. lib. 1. decret. Vallem. p. 8.
- 63 Quidam Episcopus denegans, seu impediens reassumptionem habitus abduxit sequentes causas.
I. Quod toto tempore habitus matrimonii cum virgine, & unica non inceserit in habitu.
II. Quod non posset promoveri ad superiores Ordines ob imperitiam, & podagra morbum.
III. Quod non reddiderit rationes administrationum locorum piorum juxta Ordines Episcopi.
IV. Quod exercuerit macellum, & laridariam.
V. Quod esset usurarius.
At cum primæ tres causæ militent in promovendis, non in promotis, duæ autem ultimæ non justificentur. Sac. Congreg. pronunciat: Orator utatur jure suo quoad reassumptionem habitus; Ead. Sac. Congreg. Immun. in una Civitatis Ducalis 13. Jan. 1699. lib. 2. decret. Vallem. p. 197.
- 64 Alia quoad habitum clericalem. Vide verb. Clericus art. 1.
- 65 Alia quoad habitum religiosum. Vide verb. Apostata, Conventus, Novitius.
- 66 Habitus quoad Tertiarios. Vide verb. Tertiarii.
- 67 Utrens habitus honorifico alicujus, ab eo inhereri potest. Ursaya Inst. crim. tit. 10. §. 4. num. 77. Abbas in c. Dilecta num. 4. ante finem de excess. Prelat. Casan. in catal. Glor. Mund. pari. 1. consid. 32. & seq. Menoch. de Arbitr. caus. 18. num. 23. & seq. l. 2. Ursell. conclus. legal. 171. num. 8. & alii passim. Benedictio parvorum habituum faciendâ est à Patribus Carmelitis in illis locis, in quibus conventum habent, etiamsi ante fundationem dictorum Conventuum facta fuisset à Parochis, vel à Capellanis confraternitatum; A qui-

bus pariter Patribus faciendâ est processio in die Dominica infra Octavam proxie festivitatis, cum facultate tamen Confratribus illam associandi, vel faciendi aliam processionem posteriori die. Veritate enim controversia inter Patres Carmelitas discealeatos loci Biumii Varasii, & Confraternitatem Beate Mariæ V. de Monte Carmelo super d. confraternitatis translatione ad Ecclesiam prædictorum Patrum, etaque delata ad Sac. Congreg. Episcop. & Regul. prodit die 13. Septembris 1607. Confraternitatem non esse transferendam, & cum SS. pro translatione, & quâ præfata Confraternitas benedictionem parvorum habituum, qui distribui solent à PP. Carmelitis impugnat, & processionem similiter fieri solitam quolibet anno in festivitatem Beate V. ad sui libitum celebrare prætendebant, hinc pro parte dictorum Patrum die Martii 1709. proposita causa in d. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. per Emin. Card. Corsinum, ex post Clem. XII. Summum Pontificem, fuit rescriptum: "Benedictionem, & distributionem parvi habitus respectare in posterum ad Superiorem Conventum Patrum Carmelitarum, & quoad processionem videatur particulariter."

Reproposita vero die 22. Junii ejusdem anni 1708. fuit rescriptum: Quoad benedictionem, & distributionem habitus parvi persistendum in decis. In reliquis ad Emin. Archiepiscop. pro concordia.

Tertia tandem vice iterum proposita die 10. April. 1710. rescriptum fuit: Quoad benedictionem, & distributionem habitus parvi persistendum in decis. 1. Martii, & 22. Junii 1708. "Quoad processionem vero, illam præfatiendum prius esse die Dominica infra Octavam pro Patres Ordinis cum facultate confratribus, vel illam associandi, vel aliam processionem alia die posteriori faciendam." Sic refert Ursaya tom. 3. part. 1. dicit. 24. ubi egregie rem tractat suo more per totum.

Cum quidam Canonicus Regularis Lateranensis obtinuisse Indultum apostolicum retinendi beneficium parochiale cum clausula servata forma Decretii Clementis X. dubitatum fuit: Primo an teneatur deferre habitum regularem, tam in functionibus ecclesiasticis, quam extra Ecclesiam? Et secundo, an idem competat regressus, seu reintegratio ad bona renuntiata occasione professionis regularis? Et Sac. Congreg. Concilii in Firmana 23. Maii 1722. censuit: Ad primum, ad mentem ut servaretur solum. Ad secundum, Affirmative quoad usum tantum. Sic refert Card. Petra tom. 5. comment. ad Const. 9. Sixti IV. sect. unic. sub num. 6.

Habitus viatorius ad formam habitus per Prelatos, & Familiares Pontificis extra Urbem gestari soliti, servato tamen nigro colore, Advocatis Consistorialibus conceditur à Benedicto XIV. tom. 1. Const. 106. incip. Inter conspicuos §. 13.

Alia ad rem. Vide verb. Eremita à num. 18. & verb. Vestis, num. 17. (Lit. R. pag. 56. in add. notis. col. 2.)

A reprehensione excusari nequit Auctor, qui tum hic num. 39. tum in verb. Imagines pariter num. 39. Suspenduntur quoque (ait) & prohibentur Imagines S. Augustini, S. Nicolai de Tolentino, & aliorum Sanctorum ejusdem Ordinis impressæ & depictæ à Fratribus Augustinianis discealeatis in eorum habitu. Latum utique fuit, ut ipse tradit, à Sac. Rit. Congreg. die 19. Decembris 1637. at istius decreti asperitas primum, & ab ipso Urbano VIII. (qui ceteroquin illud confirmaverit) ceptit demulceri, ac temperari Constit. Divinae Majestatis 19. Augusti. 1641. qua Fratres ejusdem Ordinis Provincia Galliarum ejusmodi Imagines depingendi, imprimendive denuo facta fuit potestas, donec tandem post varios alios casus trita omnia à Benedicto XIII. è medio fuerit sublata. Hic enim supplicii pro hac eadem re sibi oblato libello à Fratribus Augustinianis Discealeatis juxta eorum vota rescripsit die 16. Decembris 1729. his verbis: Sanctissimus petitis benigne annuit, & proinde firma remanente Constitutione confirmatæ privilegiorum à S. Sede concessorum Ordini Eremitarum S. Augustini per Sanctitatem suam

suam emanata Kalend. Januarii 1727. atque ejus motu proprio 21. Martii 1729. declaratorio ejusdem Constitutionis mandavit: non molestari Patres Excealeatos ipsius Ordinis S. Augustini seu alios quocumque in depingendo, aut quovis alio modo representando Excealeatos, & cum eorum habitu Sanctos, seu Beatos ejusdem Ordinis: Immo licere eis, & licitum esse Sanctos, & Beatos ipsos depingere, & representare, prout pie hæcenus depinxerunt, seu depingendos, vel representandos curarunt, etiam ad tenorem Constitutionis son. mem. Urbani VIII. incipient. Divinae Majestatis late anno 1637. ac insuper eandem PP. impediri non posse, immo etiam licere illis sive publice, & solemniter, sive privatim benedicere, & distribuere Cingulos, seu Cinturas S. Monice, & Panniculos S. Nicolai Tolentinensis juxta declarationem Congregationis Episcoporum, & Regularium 30. Septembris 1622. ab eadem Congregat. confirmatam 16. Julii 1627. & ita ab omnibus servari mandavit, perpetuamque super his silentium imposuit constitutione, & motu proprio supradictis, quam & quem in hac parte moderavit, aliisque quibuscumque etiam necessario exprimens in contrarium non obstantibus.

Poterat ac debuerat D. Auditor se abstinere ab indebita reprehensione Auctoris, quum jam egomet Auctor, statim ac reperi posteriores contrarias Pontificias resolutiones, ipsas, & quidem fusius quam ipse, fecerit typis edi in tertia editione Bibliotecæ sub verb. Imagines num. 39. ut ibi videre potuisset. Cum autem ego prius in libris etiam Romæ super typis editis, non repererim, nisi citat. Decretum S. R. C. editum die 19. Decembris 1637. & ab Urbano VIII. approbatum, & confirmatum constit. incip. Exponi Nobis l. 240. tom. 5. Bullar. Roman. & dictarum posteriorum resolutionum ne vestigium quidem reperire potuerim in novis. bulario Romæ à D. Mainardo typis edito, quas tandem è parvo bullario, ad præstantissimos PP. Augustinenses Excealeatos spectantes, desumptas, illico, & sine mora, typis tradi mandavi: hinc censeat prudens Lector, quis nostrum possit juste, vel non, à reprehensione excusari.

HEREDITAS.

SUMMARIUM.

- 1 HEREDITAS quid sit.
- 2 Tota Hereditas à jure vocatur As, & nisi aliter exprimat Testator, dividitur in duodecim partes, seu uncias, quæ singulæ pro numeri diversitate diversæ sortiantur nomina, quæ assignantur.
- 3 Hereditatis nomine veniunt omnes & singulæ res, jura, & commoda, sive parva, sive magna defuncti, quæ hæres titulo hereditatis acquisivit, vel acquirere potuisset, item omnes actiones activæ utiles ad aliquâ prosequendum, vel acquirendum.
- 4 Appellatione hereditatis veniunt omnia bona ubique existentia, tam mobilia, quam stabilia; & etiam omnia credita, tam activa, quam passiva, & pariter Juspatriatus.
- 5 Non veniunt tamen hereditatis nomine legata, & minus prælegata.
- 6 Hereditatis petitio quid sit.
- 7 Adire hereditatem aliud non est, quam se pro herede declarare, seu hereditatem amplecti, agnoscere, vel admittere.
- 8 Aditio hereditatis variis modis contingere potest, scilicet verbis, factis, aut aliis signis, &c.
- 9 Hereditatem adire potest omnis, qui se obligare potest.
- 10 Ad hoc, ut hereditatem adire quis possit, debet ei prius ex testamento, vel ab intestato esse delata hereditas, ut sufficienter constet, quod adire volens sit certo hæres.
- 11 Hereditas ad hoc, ut transmittatur ad hæreses hereditatis, debet prius esse acta, excepto casu, quo

hæres suus nondum adit hereditatem.

- 12 Per aditionem hereditatis acquirit quis jus, & dominium omnium rerum hereditarium, quas defunctus habuit.
- 13 Nec requiritur, quod eorum possessionem actu, & corporaliter accipiat.
- 14 Possessio tamen ipsa non acquiritur per solam aditionem hereditatis, nisi quis eam naturaliter etiam apprehendat.
- 15 Aditio hereditatis transfert in heredem omnem obligationem defuncti, etiam vires hereditatis excedat, casu quo non fecerit inventarium, vel sine beneficio legis, & inventarii hereditatem adierit.
- 16 Hinc post aditionem hereditatis tenetur hæres solvere cuncta legata, & fideicommissa, totamque adimplere voluntatem defuncti, ita tamen ut detrahere possit à legatis, non tamen piis, falcidianis, vel à fideicommissis trebellianicam, si fecit inventarium.
- 17 Hereditas repudiari, vel adiri debet, aliis habetur pro derelicta.
- 18 Pro parte acceptari, & pro parte repudiari non potest.
- 19 Repudiatio hereditatis est hereditatis jam delata recusatio, seu rejectio, vel non admissio.
- 20 Hereditatem repudiare potest omnis, qui eam acquirere potest.
- 21 Ordinarie loquendo, qui semel hereditatem adit, eam repudiare amplius non potest, sicut è contra, qui eam repudiavit, illam adire amplius nequit.
- 22 Limitatur autem conclusio in hærede suo, & in Minor.
- 23 Renuntiatio hereditatis est cessio, seu remissio Juris, quod quis ad hereditatem habet, vel habere potest.
- 24 Renuntiatio future hereditatis alicujus adhuc viventi incerti, seu in genere, licite, & valde fieri potest etiamsi fiat in favorem tertii.
- 25 Quævis renuntiatio hereditatis hominis adhuc viventi, etiam in alterius favorem facta, valet, si fiat cum illius consensu, quem non revocet usque ad mortem.
- 26 Renuntiatio autem de hereditate viventi, sine hujus consensu facta non valet.
- 27 Nec talis renuntiatio valet, quamvis juramento confirmata sit.
- 28 Adit. inseruntur, ad num. 36.

HEREDITAS nihil aliud est, quam successio in universum jus defuncti, textu expresso in l. Hæred. 62. ff. de Reg. Jur. Hereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit. Hereditas tota communiter à jure vocatur As, & nisi aliter exprimat testator, dividitur in duodecim partes, seu uncias, quæ singulæ pro numeri diversitate, diversa sortiantur nomina, omnes autem simul sumptæ Asses constituunt: Unde hæres totius hereditatis, hæres ex Asses nominatur, argum. §. Hereditas, 5. Insuper, de hæred. ubi etiam habetur, quod in potestate testatoris sit, in quot partes hereditatem dividere velit, ibi: Hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ Asses appellatione continentur: habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad Asses, utpote hæc: Sextans id est sexta pars Assis, quæ facit duas uncias: Quadrans sive quarta pars Assis continens tres uncias: Triens, sive tertia pars Assis complectens quatuor uncias totius Assis; Quincunx, sive quinquæ uncia; Semis, sive dimidium Assis comprehendens sex uncias; Septunx, sive septem uncia; Bes, id est octo uncia; Dodrans, sive novem uncia; Dextans sive decem uncia; Duumx, sive undecim uncia; & tandem As, sive omnes partes simul sumptæ, seu tota hereditas.

Hereditatis nomine veniunt, & singulæ res, jura, & commoda, sive parva, sive magna defuncti, quæ hæres titulo hereditatis acquisivit, vel acquirere potuisset; item omnes actiones activæ utiles ad aliquod prosequendum, & acquirendum; Communis, argum. leg. Qui

Qui Filisfamilias 14. ff. de hered. Rota part. 2. de- cis. 182. num. 3. part. 7. de cis. 164. num. 13. par. 12. dec. 271. num. 3. part. 13. dec. 62. num. 11. Appella- tio hæreditatis veniunt omnia bona ubique existentia; Rota part. 19. dec. 146. num. 13. & veniunt etiam om- nia credita, tam activa, quam passiva; Rota part. 7. dec. 257. num. 3. Venit pariter Juspatronatus; Rota part. 10. dec. 240. num. 11. Immo veniunt non solum bona stabilia, sed etiam mobilia; Rota part. 2. de- cis. 118. num. 2. Hæreditas etiam comprehendit omnes species quorumcumque bonorum undequaque prove- nientium, quæ apud Defunctum reperiuntur; Rota part. 4. c. 3. dec. 664. num. 9. cum sequent. Non ve- niunt tamen hæreditatis nomine legata; Rota part. 3. dec. 160. num. 6. & dec. 474. num. 1. & minus veniunt prælegata; Rota ibidem. (Vid. leg. 14. tit. 3. Procu- rium, & leg. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. tit. 14. p. 6. Conducit lex 34. tit. 5. p. 5.)

(Leges 16. 17. 18. & 19. tit. 3. p. 6. hanc mate- riam pertingunt; quòd in tantas partes quot voluerit testator, valeat hæreditatem distribuere, per primam asseritur; sed prout in communi fit in duodecim di- visio, cum eidem nominibus supra insertis; et in- secundo quomodo hæreditatis distributio erit efficienda, dum plures sunt hærèdes instituti; in tertia signan- tur partes quas habere debent, si in plures quam duo- decim uncias fuerit hæreditas à testatore divisa; in quarta vero demonstratur discrimen inter verba Pon- dus, Dipondium, & Tripondium; idem est pondus ac duodecim uncie: quatuor & viginti dipondium: tri- pondium denique sex & triginta: voluntas testatoris semper erit custodienda, ideo, si in favorem alicuj- us ab uno testatore duodecim fuerint relicta, in al- terius sex, utpote sex alteræ ad dipondium adimplen- dum deficient, ab illo duæ ex tribus partibus collig- entur, ab altero vero quod superest. Alia exempla in prædictis legibus reperiuntur, sed præcedente Auc- toris doctrina atenta, in exordio hujus adnotationis præmonstrata sufficiunt.)

6 Hæreditatis petitio est actio, qua quis hæreditatem, vel totam, vel pro parte petit, seu vindicat ab eo, qui illam pro hærède, aut possessor possidet; Calvin. in Lexico Jurid. verb. Petitio hæreditatis, arg. leg. Licet minimum 10. ff. de hered. petit. & leg. 27. ff. de rei vindicatio. Pro hærède autem possidet qui putat se hærèdem esse; leg. Pro hærède 11. ff. de hered. petit. Pro possessore vero possidet, qui causam suæ possessio- nis aliam reddere nequit quam quia possidet; citat. leg. 11. & leg. ff. eodem. Uterque scilicet, & qui jus pro hærède, & qui possessor possidet, regulariter te- netur petitione hæreditatis; leg. Regulariter 9. ff. eod. Adire hæreditatem alium non est, quam se pro hærède declarare, seu hæreditatem amplecti, agnoscere, seu admittere; leg. Pro hærède 22. & leg. Gerit 88. ff. de acquir. hered. Est in re Communis. Additio hær- editatis variis modis contingere potest, scilicet verbis, factis, aut aliis signis, dummodo tacite, vel expresse quis significet, quod se pro hærède declarare, habere, aut agere velit; leg. Pro hærède 22. & leg. Gerit 88. ff. de acquir. hered. Est in re communis. Hæreditatem adire potest omnis, qui se obligare potest; Com- munit. Ad hoc autem ut hæreditatem adire quis possit, debet ei prius ex testamento, vel ab intestato esse lata hæreditas, ac sufficienter constare, quod adire volens, sit certo hærès; Donell. lib. 7. Comment. c. 4. num. 16. & alii passim. (Consonant leges 11. 12. & 13. tit. 6. p. 6. tit. id. cum tit. 13. ejusd. p. atque tit. 5. & 6. lib. 3. For. Reg.)

11 Hæreditas ad hoc, ut transmittatur ad hærèdes hærèditis, debet prius esse adita; non adita enim non transmittitur, excepto casu, quo hærès suus nondum adit hæreditatem, textu expresso in leg. 1. §. In no- vissimo ibi: Hæreditatem etenim, nisi fuerit adita, trans- mitti, nec veteres concedebant, nec nos patimur, excep- tis liberorum personis; Rota part. 6. dec. 22. num. 6. & sequent. part. 7. dec. 74. num. 5. & dec. 106. num. 2. part. 16. dec. 35. num. 8. & sæpe alibi; est enim ne-

cessaria hæreditatis aditio ad effectum transmissionis; Rota part. 12. dec. 400. num. 10. part. 13. dec. 137. num. 15. Per additionem hæreditatis acquirat quis jus, & dominium omnium rerum hæreditarium, quas defunctus habuit textu expresso in leg. Cum hærèdem 23. ff. de acquir. & amit. possess. ibid. Adita hæreditate om- nia jura ad nos transeunt. Nec requiritur, quod eor- um possessionem actu, & corporaliter accipiat, quia aditio hæreditatis solo animo fieri potest, & in nuda voluntate consistit, dummodo ea sufficienter per signa externa constet, §. final. Insti. de hered. qualitat. & differ. ibi: Nuda voluntate extraneus hærès fit. Possessio tamen ipsa non acquiritur per solum additionem hær- editatis, nisi quis eam naturaliter etiam apprehendat, textu expresso in cit. leg. Cum hærès 23. ff. de acquir. & amit. possess. ibi: Adita hæreditate omnia quidem jura ad nos transeunt; possessio tamen, nisi naturaliter comprehensa, ad nos non pertinet; & ratio est, quia possessionem sic didicam à pedum positione, leg. 1. ff. eodem; adipiscimur corpore, & animo, neque per se animo, neque per se corpore, ut dicitur leg. 3. prin- cip. ff. eod. Et est communis. (Vid. leg. tit. 3. p. 3. præ- cipue 1. 2. & 6. etiam art. 4. verb. Empcio. Conducit verb. Dominium.)

Aditio hæreditatis transfert in hærèdem omnem obli- gationem defuncti, etsi vires hæreditatis excedat, ca- su quo non fecerit inventarium, vel sine beneficio leg- is, & inventarii hæreditatem adierit; leg. final. §. Sin autem C. de jure deliber. & cap. In litem 5. de Raptorib. Sic communis Doctorum. Hinc post additionem hæreditatis tenetur hærès solvere cuncta legata, & fi- deicommissa, totaque adimplere voluntatem defuncti, ita tamen ut detrudere possit à legatis, non tamen pils, Falcidiam, vel à fideicommissis Trebellianicam, si fecit inventarium. leg. 1. C. de Sacros. Eccles. & est communis, ac certa. Dicitur autem notanter: Si fecit inventarium, quia si sine beneficio legis & inventarii adit hæreditatem, Falcidiam detrudere non potest, textu claro in leg. final. Cod. de jure deliber. Et probabilis nequit etiam detrudere Trebellianicam; Hannold. p. 4. tit. 16. c. 3. num. 11. Covarrub. c. 16. §. 11. num. 6. de Testam. Clarus §. Testamentum quasi. 66. & alii, quia, ut recte dicit Rota, inter hærèdem ad- euntem hæreditatem sine beneficio legis, & inventarii, & legatarios, & fideicommissarios censetur iniri qua- si contractus, ratione cujus hærès remanet ipsis obli- gatus; Dicit Rota p. 5. t. 1. dec. 19. num. 9. t. 2. dec. 438. num. 4. & 12. part. 9. t. 1. dec. 79. num. 2. p. 15. dec. 221. num. 44. (Vid. liti. F. ex pag. 1. ad 4. col. 1. Ad rem leg. 9. 10. tit. 6. p. 6.)

Hæreditas repudiari, vel adiri debet, Rota part. 6. 17 dec. 322. num. 23. alia habetur pro derelicta, Rota ibid. Pro parte autem acceptari, & pro parte repudiari non potest; Rota part. 5. tom. 1. dec. 272. num. 15. & sequent. Repudiatio autem hæreditatis est hæreditatis jam delatæ recusatio, seu rejectio, vel non admis- sio; Communis. Dicitur notanter Hæreditatis jam dela- tæ, quia quæ nondum est delata, repudiari non dicitur, textu claro in l. 1. §. Decretalis ff. de success. edict. Dicitur autem hæreditas delatæ alicui, quando mortuo jam illo, de cujus hæreditate queritur, pot- est sine ullo impedimento hæreditatem, si vult, statim adire, & acquirere, vel repudiare; Baldus in leg. Potuit, Cod. de jure deliber. Calvin. in Lexico Jurid. verb. Delata, Molina disp. 264. num. 20. & communis aliorum, Hæreditatem repudiare potest omnis, qui eam acquirere potest; leg. Is 16. ff. de acquir. hered. Communis. Ordinarie loquendo, qui semel hæreditatem adit, eam repudiare amplius non potest, sicut è con- tra, qui eam repudiavit, illam adire amplius nequit leg. Sicut 4. Cod. de repud. hæredit. Communis cum Ro- ta p. 1. dec. 495. num. 7. in fine part. 3. dec. 288. num. 2. p. 11. dec. 19. num. 8. part. 12. dec. 358. nu- mer. 2. part. 13. dec. 232. num. 5. & sæpe alibi. Di- citur autem ordinarie loquendo, quia limitatur conclu- sio in hærède suo, utpote qui repudiatam hæreditatem adhuc adire potest, intra triennium, si nondum alle-

nata est; leg. Si suus, Cod. de repud. hæredit. Rota part. 15. dec. 130. num. 11. & limitatur conclusio etiam in Minore, Rota part. 12. dec. 358. num. 3. (Præter antedicta, seu prædicta in horum compro- bationem quæ in fine notantur, videatur litem 18. tit. 6. p. 6. ubi idem asseritur, & nisi minor fuerit qui adit, aut repudiat, consonat doctrina, cum discrimine si sit suus hærès per leg. 20. ejusd. tit. & p.)

23 Renuntiatio hæreditatis est cessio, seu remissio ju- ris, quod quis ad hæreditatem habet, vel habere po- test, arg. leg. 1. Cod. de hæredit. Est in re Communis. Re- nunciatio futuræ hæreditatis alicujus adhuc viventis in- certi, seu in genere licite, & valide fieri potest, etiam si fiat in favorem tertii; arg. leg. 3. ff. Pro socio, Sanchez l. mor. cap. 2. num. 31. Layman lib. 3. trad. 5. cap. 7. num. 3. Reiffenstuel lib. 3. Decret. tit. 26. num. 534. & communis aliorum; Et ratio est, quia in hujusmodi renuntiatione abest periculum voti cap- tandæ mortis, quod alia jura prohibent renuntiationem hæreditatis futuræ hominis adhuc viventis in fa- vorem tertii, argum. leg. fin. Cod. de Pactis. Quævis renuntiatio hæreditatis hominis adhuc viventis etiam in alterius favorem facta valet, si fiat cum illius consen- su, quem non revocat usque ad mortem, leg. final. Cod. de Pactis. Et est, Communis. Renuntiatio autem de hæreditate viventis, sine hujus consensu facta non valet, textu claro in leg. final. de Pactis, Communis; 47 ac certa. (Leg. 33. tit. 11. p. 5.) Nec talis renuntia- tio valet quamvis juramento confirmata sit. Bald. in cap. Ad nostram, de Jurjurand. num. 7. Sanchez l. 7. cap. 2. num. 7. Sanchez lib. 7. c. n. 33. Tholosan. Synag. Jur. unio. lib. 41. num. 13. Layman lib. 3. tr. 5. c. 7. num. 3. & communis aliorum. Et ratio est, quia hujusmodi ren- nunciatio de hæreditate viventis sine ipsius consensu est contra bonos mores, utpote in qua inducitur votum cap- tandæ mortis alterius; leg. final. de Pactis. Ex Regula autem 58. de Regul. Juris in 6. non est obligatorium con- tra bonos mores præstitum juramentum, nec actum jure nullum validat, si ideo est nullus, ut in nostro casu, quia est contra bonos mores, vel jus naturale, §. Sed natu- ralia, Insti. de jure natural. gent. & Civ. vel quia est in præjudicium tertii; cap. Cum contingat 27. de Jurjurand. adeoque talis renuntiatio non valet, quamvis jura- mento firmata sit. (Vid. liti. C. pag. 52. num. 31. & liti. P. pag. 4. col. 1. in fin.)

28 Si plures instituti sint hærèdes, secundum Jus Romanum solemniter distribuitio hæreditatis in duodecim uncias, hæc enim jurisconstitutio in L. 50. §. ff. 2. de hered. Insti. Hæreditas (ait) plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ assis appellacione continentur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab unica, usque ad assem; puta hæc: Sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, sep- timum, bes, dodrans, sextans, denix, as.

29 Quod si minus distribuit testator potestate juris in hoc revolvitur, ut puta si duos hærèdes ex quadrate scripserit, nam hæreditas ejus residua accedit, ut scripti ex semissibus videantur, L. 13. §. ff. de her. de hered. 30 instituend. Pariter si hærèdes scripti sint alter ex qua- drante, alter ex semisse, quadrans adhuc superest, qui pro partibus hæreditatis ipsis accrescit; dist. L. 13. §. 3. ff. de her. de her. Institui. Quod si duode- cim uncias excesserit in divisione, æque pro rata de-

crescit; dist. L. 13. §. 4. ff. de her. de her. insti. Pluunt ex hac solemnè distributione & aliæ solem- nes decisiones in l. 14. ff. de her. de her. insti. re- late, de quibus an laborandum sit hodie dubitari vel ex hoc potest, quod naturales constituuntur portiones pro libitu testatoris, ac propterea si adscripte sint om- nibus partes suæ, recurrere minime oporteat ad solem- nem partium distributionem, sed dividenda sit hæ- reditas in tot partes, quot assignavit testator, & quæ debet ad solemnem distributionem, sed dividenda sit hæ- reditas in tot partes, quot assignavit testator, & quæ aliis constare haud potest; quid ei, qui sine partibus est scriptus hærès, assignari debeat. Confer Stryk. in 36 usu modern. Pandect. lib. 28. tit. 4. §. 10. §.

HÆRES. SUMMARIUM.

- 1 HÆRES unde dicitur, & quis sit: qualis: an de- bet necessarius, voluntarius, & suus: esse qui potest, vel non: ex profertis in aliquam religionem quinam hærèdes esse valeant, atque monasteria, ad num. 12.
- 13 Ordo succedendi ab intestato signator: semper des- cendentibus legitima debetur, causa certante exha- redationis: ascendentium, & descendendum qualis sit legitima: an testamentum validum, si eisdem legitima deficiat: quando querella inofficioris testa- menti ingrediatur, ad num. 19.
- 20 Quid possit pater efficere, si habeat vel non filios legitimos, dum dantur naturales: quid in maritis qui obligato circa spurtos: semel hærès semper erit: distinctio notatur: sub hærèdis nomine qui compre- henduntur: hærèdes tutoris, aut mulieris ad quæ tentantur: que facultates hærèditibus circa funera, ad num. 35.
- 26 Quoddam decretum D. Benedicti XIII. subnectitur legatum pium in testamento nullo an solvi debeat: casus referitur per quem Trebellianicæ locust- cognitio successiois in hæreditate sacerdotis ad quem spectet: quis in successione erit præferendus: quando solvenda legata, & cetera de defuncto præ- cepta, quaque pena contrarium facientes plectan- tur, ad num. 46.
- 47 Limitatio proponitur: à quo tempore ad piæ causas relicta solvi debent: qua animadversio, si defecer- int in adimpleto r. illorum, & quis ea perfici- et: fundus pro Cappellania, aut missarum cele- bratione quando potit assignari, ad num. 53.
- 54 Candelæ sunt in funere ferenda, & cujus arbitrio: campana sonus quando prohiberi necne valeat: quot Sacerdotes ad funus vocandi, ad num. 57.
- 58 Supplementa Auctoris subnectuntur, & Addition. ex aliena manu, ad num. 117.

HÆRES, (cujus nomen derivatur ab Hero, quia Ve- teres, Hærèdes pro dominis appellabant, §. fin. Insti. de hered. qualiti.) est qui universum jus defuncti vel ex testamento, & dispositione testatoris, vel ab intestato, & dispositione legis succedit; Est in re commu- ni,

(1) Vid. verb. Successio ab intestato, & Testamentum. ERRATA. BIBLIOTHECÆ. TOM. IV. Z 2

nir, & habetur clare ex leg. Hæredem 59. de reg. juris, ibi: Hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cujus fuit defunctus constat, & h. hæres 37. ff. de acquir. hæred. ibi: Hæres in omne jus mortui, non tantum singularum rerum dominium succedit.

2. Hæres alius est ab intestato, & alius ex testamento, seu institutus. Hæres ab intestato est qui ex dispositione legis succedit in universum jus illius, qui intestatus decedit, qui nempe, aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, si ex eo nemo hæres extiterit, juxta verba Justiniani princ. Instit. de hæred. que ab intest. Hujusmodi hæres ab intestato sunt proximi consanguinei intestatorum. Hæres ex testamento, seu institutus est, qui ex speciali dispositione testatoris in testamento instituitur ad succedendum in bonis; Est in re communis.

3. Hæres ex testamento alius est universalis, sive ex Ase, qui instituitur ad succedendum in omnibus bonis, & Juribus defuncti, & consequenter ad subeunda etiam omnia onera, seu debita realia ipsius. Alius est particularis in parte hæreditatis aliquota, v. g. Sextante, Quadrante, Triente, Semisse; vel particularis in re aliqua certa, ac determinata, v. g. in tali agro, domo, & hujusmodi, & talis potius legatarii loco habetur, adeoque jura, onera & debita defuncti ad eum nihili pertinent, sed ad hæredem proprie dictum, qui defuncti personam tam quoad jura, & commoda, quam quoad onera, seu debita representare debet; l. Quoties Cod. de hæred. inst. Si autem solus hæres particularis etiam re aliqua certa, ac determinata tantum verbis ipsi directis institutus sit, aut alii hæres particularis ante testatorem mortui sit, reliqua etiam hæreditas illi accessere debet; l. 1. §. Si ex fundo, ff. de hæred. inst.

4. Hæres ex testamento rursus alius est necessarius, & alius non necessarius, seu voluntarius. Necessarius dicitur, quem testator in portione legitima instituere cogitur, nisi justam exheredandi causam habeat ex illis quatuordecim assignatis sub verb. Exhereditatio: & tales necessarii sunt omnes descendentes, & ascendentes legitimi. Hæres non necessarius, seu voluntarius dicitur ille, quem testator instituere non cogitur, ut sunt omnes tum extranei, tum etiam sanguine, vel stirpe conjuncti, sed non in linea recta descendente, vel ascendente, adeoque etiam fratres, & sorores testatoris defuncti, cujus fronde testamentum infirmare non possunt, quod præteriti sint, nisi aliquem infamem instituisset; tunc enim ipsis competeret querela inofficiosi testamenti, nisi & ipsi infames essent, vel de ingratitude erga testatorem notati; l. Fratres 27. Cod. de inofficio. Testam.

5. Hæres insuper alius est suus, & alius non suus. Hæres suus dicitur proximus descendens in potestate defuncti mortis tempore existens etiam posthumus, ac naturalis legitimatus per matrimonium; §. 2. Instituit. de hæred. qualis, ibi: Sui autem, & necessarii hæreses sunt veluti Filius, Filia, Nepos, Neptisve ex filio, & deinceps ceteri Liberi, qui in potestate morientis modo fuerint. Ubi etiam Legislator dat rationem, quare ita vocentur, ibi: Sui quidem hæreses ideo appellantur, quia domesticos hæreses sunt. Item quia hæreditatem prius quodammodo jam suam obtinent; l. In suis 21. ff. de liberis, & posthumis. Hæres non suus dicitur omnis alius hæres, sive ab intestato, sive ex testamento constitutus; & talis hæreditatis dominium non acquirit, antequam eam adeat, seu voluntarie acceptet, declarando se hæredem esse velle; §. ult. Instr. de hæred. qualis. Et datur ei anni spatium, postquam sibi hæreditatem collatam cognovit, ad deliberandum utrumnam adire velit, nec ne? & interea moriens usque ad finem anni potestatem adeundi ad hæredes transmittit; Sporet tom. 2. trat. 6. in complement. VIII. Præcept. Decal. c. 2. sed. 6. num. 116. & alii passim. Et si intra 30. dies à cognita sibi hæreditate delata inventarium conficere ineperit, & intra alios 60. dies absolverit, non tenetur defuncti creditoribus debitaolvere ultra vires hæreditatis; leg. ult. Sin autem dubiis, Cod. de jure deliberand. Sporet loc. cit. Layman loc. cit. cap. 6. num. 7.

6. Alii Ordines omnes, eorumque Professores etiam Mendicantes, quibus permissum est bona stabilia in communi possidere, possunt esse hæreses sive ex testamento, sive ab intestato; leg. ult. §. Hoc etiam, Cod. de Episc. & Cler. Et ratio est, quia licet Religiosi per votum solenne paupertatis privati sint omni jure, & proprietate per se, & pro se in particulari, manent tamen capaces jurtum quatenus sunt membra communitalis capæ ejusmodi jurtum in communi, atque adeo hæreses esse possunt sive ex testamento, sive ab intestato; cum hoc

(Dux hæ ultimæ propositiones ex veris. Et datur: leg. 1. 2. 3. 4. 5. tit. 6. p. 6. justificatur.)

Hæres potest esse omnis, qui non prohibetur Communis, ac certa; argum. leg. Non juris 51. ff. de hæred. inst. & princ. instituit. eod. Prohibentur autem de jure instituiti hæreses omnes sequentes. Primo Judiciorum communitalis; leg. 1. Cod. de Judicis. Secundo Hæretici, eorumque receptores, & defensores. Excipiuntur tamen Lutherani, & Calvinistæ, qui saltem in Imperio Romano hæreses esse possunt vi pacis Monasteriensis Tertio Apostatæ à Christiana fide; leg. Hi, qui 3. Cod. de Apostatis: Quarto, qui percutiunt, vel persequeantur Cardinalem, cap. Felicit. recordationis 5. de pacis in 6. Quinto, Peregrini, qui jus civitatis Romane ex causa poenæ amiserunt, quales sunt deportati; leg. Cod. de hæred. instit. Secus est de peregrinis sine causa poenæ, seu alienigenis, hi enim, quia facere possunt testamentum, Authent. Omnes peregrini, Cod. Communia de Successorib. etiam hæreses institui possunt, eo quod testamenti factio activa tanquam nobilitatis annexam habere solet passivam. Sexto damnati ad ultimum supplicium, eo quod statim ac damnantur, evadunt peregrini; l. Qui ultimo 29. ff. de poenis 8. & secvi poenæ, l. 3. ff. de his, que pro non scripti, habentur. Septimo liberi rebellium, & perduellium; leg. Quisquis 5. §. 1. Cod. ad leg. Jul. Majori. Octavo Spuri ex damnato coitu nati; Authent. Ex complexu, Cod. de necessarios. nup. & Authent. Licet Cod. de naturalib. lib. Nona ex testamento, vel ab intestato hæres esse nequit, qui occidit testatorem; l. 7. §. penult. ff. de bonis damnatorum. & leg. 15. §. final. & Cod. SC. Siliiano. Decimo, nihil capie ex testamento, qui manifestissime comprobatus est id egisse, ut per negligentiam, vel culpam suam, illa persona, à qua hæres institutus est, moreretur; leg. Indignum 3. de his, que ut indignis. Undecimo, instituiti hæreses non possunt omnes, qui ob delictum testamentum facere non possunt, de quibus suo loco sub verb. Testamentum.

Duodecimo vi suæ regulæ, & altissima paupertatis hæreses institui prohibentur Fratres Minores de observantia, Reformati, & Cappuccini; Clementi. Exivi §. Quia igitur, de verb. significat. & expresse Concilii Trident. sess. 25. c. 13. de Regular. Tertio decimo, non solum particulares Professi, & Coadjutores vota formata habentes, sed nec etiam collegia, & domus Societatis Jesu ratione aliquid talis Professi aut vota formata habentis, possunt succedere in hæreditatem, vel esse hæreses, sive ex testamento, sive ab intestato, part. 6. Constit. c. 2. §. 12. ibi: Non solum particulares Professi, & Coadjutores formati hæreditaria successione non erunt capaces; verum nec domus, nec ecclesia, nec collegia votum ratione; Sic enim omnibus libitibus, ac controversiis præcitis, charitas cum omnibus ad Dei gloriam melius conservabitur, Sic Sanchez lib. 7. cap. 27. num. 16. 24. Layman lib. 3. de justitia trat. 5. cap. 5. num. 3. Molina tom. 1. trat. 2. disput. 139. verb. Tam professi, juncti disput. seq. Possunt tamen Societatis Jesu collegia, & domus hæreditates accipere, dummodo non defertant contemplatione suorum Professorum; part. 6. Const. cap. 2. §. 5. & docet Sanchez lib. 7. c. 27. num. 15. Molina tom. 1. trat. 2. q. 195. verb. Regula: Layman loc. cit. sub num. 74.

(Cum à nemine ignoretur Societatis Jesu extinctio, bene poterat hic inseri dispositum per Reg. Sobd. 5. Decembris an. 1783. in qua agitur de acquisitione bonorum à Excoadjutoribus ejusdem Societatis, eorumque filiis.)

Alii Ordines omnes, eorumque Professores etiam Mendicantes, quibus permissum est bona stabilia in communi possidere, possunt esse hæreses sive ex testamento, sive ab intestato; leg. ult. §. Hoc etiam, Cod. de Episc. & Cler. Et ratio est, quia licet Religiosi per votum solenne paupertatis privati sint omni jure, & proprietate per se, & pro se in particulari, manent tamen capaces jurtum quatenus sunt membra communitalis capæ ejusmodi jurtum in communi, atque adeo hæreses esse possunt sive ex testamento, sive ab intestato; cum hoc

tamen, quod ratione suæ professionis emissa omnia eorum bona ac jura, excepta portione legitima hæredibus necessariis sive descendentibus, sive ascendentibus debita, in monasterium transeunt ipso facto absque apprehensione, quia transeunt accessorie ad ipsam personam transeuntem in monasterium; Authent. de Monachis, §. Illud quoque, ibi: Ingredientem namque simul sequantur omnino res; Authent. Si quia mulier, de Sacror. Ecclesiis, leg. ultim. §. Hujus autem, Cod. de Episcopis. & Cleric. 11. cap. Abbates 16. caus. 18. quest. 2. Hinc monasterium ratione sui Monachi hæreditatem delatam adire potest etiam ipso Religioso ignaro, & invito, vel ante additionem mortuo; Religiosus vero eam adire nequit absque Prelati, vel monasterii mandato, quia Religiosus professus propter paupertatis votum est incapax sibi acquirendi, sed omnia ejus bona, & jura ex hæreditate, legato, donatione, industria, vel quovis alio titulo acquisita ad monasterium transeunt; quidquid enim acquirit Monachus, acquirit monasterio; cap. Statum 11. causa 18. quest. 1. cap. Abbates 16. caus. 18. quest. 2. cap. Quis ingredientibus 7. caus. 19. quest. 3. cap. In presentia 8. de probationib. & sic contra Legistas docet communis Theologorum, & canonistarum, quos citant & sequuntur Rodrig. tom. 21. qq. Regul. quest. 76. art. 1. Sanchez lib. 7. moral. cap. 12. quest. ultim. Molina tom. 1. trat. 2. disp. 140. Covarrub. cap. 1. de Testamento num. 1. Layman loc. cit. num. 7. Religiosus ad episcopatum translatus, quamvis fuerit Ordinis Mendicantium, & etiam Ordinis Minorum, est capax hæreditatis successione, ita tamen ut bonorum sola administratio ipsi acquiratur, dominium vero ecclesie cui præest; Rotâ in Urgell. Hæred. 14. Maii 1619. p. 4. rec. 1. 2. dec. 115. num. 22. Bart. in tr. Minorum l. 4. dist. 3. c. 3. cum aliis allegatis arg. c. Statum 11. c. 18. q. 1. Vide verb. Episcopus art. 7. n. 11. 12. 13. & Reg.

Hæreses ab intestato succedunt sequenti ordine. Primo ante omnes legitimi liberi, tum maris, tum femine domini capaces, æqualibus portionibus; in quorum mortuorum locum succedunt nepotes in stirpem, non in capita; Novella Justiniani 118. collat. 9. cap. 1. Secundo deficientibus liberis, ac nepotibus descendentibus, succedunt pater, & mater defuncti, si supersites sint, si vero supersites non sint in loco patris succedunt avus, & avia paterna, & in loco matris avus, & avia materna; Authent. de hæred. ab intestato. Tertio deficientibus tam descendentibus, quam ascendentibus, succedunt fratres, & sorores defuncti ex utraque parte conjuncti æquis portionibus, exclusis iis, qui ex solo patre, vel sola matre conjuncti sunt, atque in illorum mortuorum locum etiam succedunt nepotes; Authent. Itaque Cod. communia de successione. Quarto deficientibus fratribus, & sororibus ex utraque parte conjunctis, ac eorum filiis, succedunt fratres, & sorores ex una tantum parte conjuncti respective ad bona profecta, ut qui ex parte patris conjuncti sunt succedant in bonis à patre profectis, & qui ex parte matris conjuncti sunt, succedant in bonis à matre provenientius, in reliquis communibus bonis æqualiter omnes; ut docet Glossa communiter recepta in cit. Authent. Itaque Cod. Communibus successione. Quinto deficientibus omnibus fratribus, & sororibus, eorumque filiis, succedunt propinquiiores collaterales usque ad decimum gradum, civili computatione facta, æquali divisione in capita, nulla habita ratione, utrum ex utraque, vel una tantum parte conjuncti sint, dummodo in eodem gradum vicinitalis conjuncti sint; Authent. de hæred. ab intestato cap. 3. & Authent. post Fratres, Cod. de legitimis hæredibus. Sexto deficientibus etiam hæredibus collateralibus usque ad decimum gradum, succedit conjux defuncti, nisi inter

eos fuerit divortium; l. unic. ff. C. Unde vir & uxor. Septima denique, si ab intestato decedentis, neque consanguineus ullus, neque uxor extet, succedit fiscus in omnibus bonis; laici quidem ab intestato defuncti, fiscus secularis; Clerici vero sic ab intestato defuncti, fiscus ecclesiasticus; leg. Vacantia 4. Cod. de bonis vacantibus, & cit. leg. unic. Cod. Unde vir & uxor. Vide tamen verb. Successio ab intestato, ubi fusiis de omnibus.

Hæredibus descendentibus, scilicet filiis, ac in illorum defectu nepotibus, si non adsit aliqua justa causa ex illis quatuordecim assignatis sub verb. Exhereditatio, eos exheredandi debetur semper legitima portio, quæ est Triens hæreditatis, si non sint plures liberi quam quatuor; & Semis, si sint plures quam quatuor; Authent. de Triente, & Semisse, Authent. Novissima, Cod. de inofficio. Testament. In supradicto descendunt numero computandi sunt etiam, qui hæreditatem renuntiaverunt, non tamen qui legitime sunt exheredati, aut ab Religiosis professionem incapaces facti sunt; um choe tamen discriminem, quod liberi immediati, eorumque nepotes singulares de illa portione legitima participant in capita; Nepotes autem unius plures tanquam anius patris personam representantes, etiam unam tantum portionem participant in stirpem Instit. de hæredibus ab intestato, §. Cum filius. Unde dantur communiter sequentes versus, Quatuor, aut infra dantur nati Jura Trientem; Semissem vero dantur nati quinquem vel ultra.

In defectu autem descendunt legitima portio ascenduntium est semper Triens hæreditatis, immedie debita parenti utriusque, vel uni supersiti; & neutro superstitute in locum patris succedunt avus, vel avia paterna; & in locum matris, avus, vel avia materna; Authent. de hæred. ab intestato. Talis autem legitima portio debet relinqui omnibus supradictis hæredibus sine ullo onere, aut gravamine; alioquin apposita onera, & gravamina habentur pro non appostis; leg. Quoniam, Cod. de inofficio. Testam.

Quod si alicui descendenti, aut ascendenti relinquatur pro legitima minor portio quam supra assignata, competit ei actio ad petendum complementum legitime, quæ actio durat ei usque ad 30. annos; leg. Omnimode, Cod. eod. & Authent. Et cum de appellat. cognoscitur, §. Hac autem dispositimus, & sic ex communi sententia Gomez 1. res. cap. 11. num. 23. Molina disp. 177. Layman l. c. num. 11. Si vero sine justa exheredandi causa non solum minor portio, quam assignata, sed nulla relinquatur pro legitima; testamentum ipso jure est nullum, quoad extranei heredis institutionem, non item quoad legata, fideicommissa, & alia; Authent. Et causa, C. de liberis præteritis; & præterito hæredi competit actio triginta annorum ad testamentum nullum dicendum; Glossa communiter recepta in l. Licet verb. Longe, de jure deliberandi. Quod si autem legitima causa exheredationis sit testamento inserta, sed ab hærede instituere probari non possit, tunc competit hæredi necessario querela inofficiosi testamenti, per quam evacuetur testamentum quoad hæredes extranei institutionem, sed necessario absolvendâ intra quinquennium; leg. Si quis filium 34. l. Scimus 36. C. de inofficio. Test. & ex communi docet Jul. Clarus q. 49. num. 5.

Pater, quamvis non teneatur instituere hæreses filios naturales si tamen filiis legitimis careat, potest eos instituire, & eis quomodolibet sua bona relinquere, dummodo parentes, si supersint, legitima portione non priventury; Authent. Licet Cod. de naturalibus liberis. Si autem filios legitimis habeat, non potest pater relinquere filiis naturalibus plusquam unam hæreditatis unciam, seu duodecimam partem; Authent. quibus modis natura-

• Clerici ac intestato decedentibus, hæreses non habentibus, Fiscum Ecclesiasticum non succedere, videbatur posse insinuari, sed secularer; nullum constituitur discrimen inter successionem cujuslibet Clerici intuitu Ecclesie adquisitorum, ac bonorum patrimonialium; in ista ista succedit; (1) ideo debet præmediari quis in illa successione sit capax.

(1) Vid. verb. Spolium, & Successio ab intestato prope fin.

les officiantur sui; & cit. Licet, C. de naturalibus liberis.
 22 At vero matri filii naturales succedunt cum legitimis, tam ex testamento, quam ab intestato, ubi jus commune observatur, leg. 5. Si qua Illustris, C. ad SC. Orficiatum. Filius vero spurius ex damnato coitu nati succedere non possunt nec patri, nec matri, neque per testamentum, neque ab intestato, neque per substitutionem; leg. Si quis incesti, Cod. de incest. nuptiis, l. 2. Cod. de naturalibus liberis, Novella 74. c. 4. & 6. Licet possit spurus in defectu haredum necessariorum institui hares ab avo, licet sit natus ex filio spurio avi, quia ille, qui instituitur, non est filius spurus testatoris, sed nepos, & cit. leges loquuntur solum de spuris filiis, & non de nepotibus: Et à fortiori possit institui ab avo filius legitimus, vel naturalis filius spurii, quia ille nepos non est spurus; Lugo de justis. & jure disput. 24. n. 119. cum Sanchez, & Vasquez ibi citatis, & plures alii. Tenentur tamen parentes alere ipsos filios spurios, c. Cum haberet 8. de eo, qui duxit in matrimonium, quam plerumque adulterio, ibi in fine: Sollicitudinis tamen sue intererit, ut uterque parentum liberis suis secundum quod eis suppetunt facultates, subministret vide verb. filius à n. 126. Hæres patris habet eandem obligationem alieni spurium, si pater non providerit: Lugo de justis. & jure d. c. 24. num. 125. La Croix lib. 3. p. n. 1167. & alii. Item ascendentes paterni, si pater, aut haredes deficiant, Lugo loc. cit. num. 126. La Croix loc. cit. num. 1167.
 26 Hæres semel non potest desinere esse hæres; Rota p. 3. tom. 2. decis. 466. n. 3. & 6. part. 5. tom. 2. dec. 486. p. 12. dec. 322. num. 10. Limita tamen ex causa superveniente, cum tunc possit desinere esse hæres: Rota p. 2. decis. 75. num. 11. Hæres hæredis reputatur etiam hæres primi defuncti: Rota p. 9. tom. 1. dec. 301. p. 14. dec. 227. n. 2. Dicitur Hæres comprehendit tamen masculos, quam feminas in materia indifferenti: Rota p. 9. tom. 2. dec. 383. num. 16. Secus autem in materia differente, & ubi constat de contraria mente statutum, quo casu restringitur ad solos masculos ibi. num. 17. Hæres tutoris tenetur de neglectis, & ad usuras pupillares: Rota p. 11. dec. 69. num. 3. Hæres uxoris tenetur alere maritum inopem: Rota p. 18. tom. 1. dec. 30. num. 1. Prout tenetur præstare evictionem viro, cui bona fidei commissa in dotem constituta sunt, quando evictio fuit promissa: Rota p. 18. tom. 2. decis. 606. num. 4. De teste scripto ante testatorem, hæreditas devolvitur hæredi ab intestato: Rota p. 11. dec. 84. num. 1.
 33 Hæres voluntas servanda est circa funera defuncti: Sac. Congr. Rit. in Ferrar. 7. Sept. 1613. apud Aldan. in compend. Canonie. resolut. lib. 2. tit. 8. num. 26.
 34 Hæres defunctorum pro illis ad sepulturam associandis numerum ceræ sibi benevisum, quolibet contrario prætextu per parochum deducto non obstante, subministrare valent: Sac. Congr. Episcop. & Regul. in Casan. 5. Maii 1617. penes Aldan. loc. cit. num. 127. Hæres defunctorum possunt vocare numerum Religiosorum sibi benevisum in deferendis cadaveribus ad ecclesias; Sac. Congr. Rit. in Camer. 21. Nov. 1627. penes Barbosam in Summa Apostolic. dec. verb. Hæres num. 3. & eadem Sac. Congr. sub die 14. Januar. 1649. Electio, & numerus Religiosorum pro associandis cadaveribus ad liberum haredum defunctorum spectat, & pertinet, & ita ubique servatur, prout antea Cong. Rit. decrevit 14. Jan. 1649. Sic Sac. Congr. Concil. 30. April. 1660. Item ead. Sac. Congr. Concil. in Papiens. 27. Decembr. 1667.

Non denegatur patri, etsi parentes ejus supersint, quidquid ex bonis voluerit filiis naturalibus relinquere, licet illi absque aliqua parte remaneant; (1) eo quod tali in casu nulla parentibus portio legitima sit debita. Bene equidem pater potest, legitimis astantibus, favore naturalium de quinta bonorum parte disponente. (2) Illis vero extantibus, isti nequeunt ullo modo præterquam in quintum succedere in bonis maternis; secus autem deficientibus. (3)

(1) Vid. ib. & Testamentum.
 (2) L. 8. tit. 2. lib. 5. ibi: No le pueda mandar mas de la quinta parte de sus bienes de lo que podia disponer por su anima.
 (3) L. 7. ejusd. ibi: Y en caso que no tenga la ma-

decevit ut sequitur: Non sunt à Parochis cogendi, & compellendi defunctorum haredes, ut si duodecim v. g. fratres vocent ad associandum cadavera, totidem omnino pares numero Clericos seculares vocare debeant: & sic sæpe sæpius tum Sac. Congr. Rit. tum Sac. Congr. Concil. tum Sac. Congr. Episcop. & Regul. & signanter in Alexandrina 10. Sept. 1688. ut sequitur.

Eminentissimi, & Reverendissimi Signori.

Il Guardino de' Minori Osservanti del convento di S. Bernardino nella Città d' Alessandria umilissimo Oratore dell' EE. VV. reverentemente espone, che essendo morto in detta Città il quondam Giovanni Vitalli, dovendosi seppellire nella Chiesa dell' Oratore, & spercico invitati tutti i suoi Religiosi ad accompagnare il cadavere, pretessero i Signori Canonici della Cattedrale impedire il trasporto di quello, asserendo doverli chiamare à tal' accompagnamento in egual numero i Sacerdoti Secolari, & Regolari; ma perchè Monsignor Vescovo, attese le buone ragioni dell' Oratore, decretò à suo favore, li Canonici fecero protesta non esser con quell' atto pregiudicati: Ricorre per tanto esso Guardiano alla retta giustizia delle EE. VV. supplicandole, che come altre volte, è da coesta Sacra Congregazione, è da quelle del Concilio, è de' Riti, è stato determinato, che sia in arbitrio degli Hæredi del Defunto chiamare i Religiosi, & Preti secolari in qual numero più loro piaccia degli uni, & degli altri, così vogliono degnarsi determinare ancora nel presente caso, che &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, censuit Oratori dandum esse declarationem allias editam, nempe esse ad libitum disponentium, seu ipsorum haredum convocationem Cleri, & Fratrum, quos ipsi maluerint, non attentam prefata concordia, ceterisque in contrarium allatis non obstantibus quibuscumque &c.

Alla quale dichiarazione, è decreto non quietandosi il medesimo Arciprete, è Collegiata, hanno con nuove istanze, è motivi fatto nuovamente ricorso à questa medesima Sagra Congregazione per la moderazione, e revocatione di detta dichiarazione, è decreto. Supplicò perciò Fr. Geronimo Valvasori da Milano Procuretor Generale di S. Agostino, unitamente con gli Oratori P. EE. VV. Reverendissime di confermare la suddetta risoluzione. Chec &c.

Eminentissimi, & Reverendissimi Signori.

Il Priore, è Frati del Convento di S. Agostino della terra della Pleve, diocesi d' Albenga riverenti espongono all' EE. VV. come per la morte del già Pietro Gherardi, che si aveva eletta la sepoltura nella Chiesa degli Oratori, l' Arciprete Curato di quella Collegiata pretese di non voler andare à levare quel cadavere, ch' era nella sua parrocchia, mentre, non si osservava una concordia seguita fra loro, è pratica sin' ora da molti anni in qua, che quando intervenivano alla detta associazione due Regolari, dovessero anche intervenire col Curato due Preti del Clero, tanto più per

ger hijos, 6 descendientes legitimis, mandamos que el hijo, é hijos, 6 descendientes que tuviere naturales, 6 spurios por su orden, y grado los sean herederos legitimis ex testamento, y ab intestato.

nesser ciò stato è decretato dal synodo provinciale di Genova, confermato nel 1574. dalla Sacra Congregazione del Concilio d' ordine del Summo Pontefice di quel tempo à relazione della medesima Sagra Congregazione, ed anco con lettere di questa Sagra Congregazione del 1600. che ne ordinò l' osservanza. È però che gli Eredi del detto Gherardi nell' associazione di detto cadavere non vi vollero, che gli frati di S. Agostino, ed il solo Arciprete Curato, quale ricusò d' andarci, mentre non v' interveniva tutto il Clero, è non vi osservava detta concordia è synodo. Onde gli Oratori levarono il cadavere, è condussero alla Chiesa, per dargli sepoltura senza l' Arciprete. Per tanto il medesimo Oratori reclamando da tal decreto, è concordia applicarono umilmente P. EE. VV. di dichiarare esser abbeccio, ed in arbitrio de' Defonti, ò de' suoi Eredi, ò che abbino, ò che s' eleggano sepoltura nella Chiesa de' Regolari, ò poter chiamare quanti, è quali Regolari vogliono per associazione de cadaveri alle dette loro Chiese de Regolari, benché non vi siano chiamati Preti, ò alcun d' Preti Scolari; purché non s' escluda il parroco. Et essendo state da questa Sagra Congregazione maturamente considerate, è discusse le ragioni addotte da ambe le parti, proponente l' Eminentissimo Signor Cardinale d' Elci, fu risoluto, è dichiarato sotto li 23. Novemb. 1663.

Synodum non comprehendere Regulares in casu de quo agitur. Ideoque esse ad libitum disponentium, seu ipsorum haredum convocationem Cleri, & Fratrum, quos ipsi maluerint, non attentam prefata concordia, ceterisque in contrarium allatis non obstantibus quibuscumque &c.

Alla quale dichiarazione, è decreto non quietandosi il medesimo Arciprete, è Collegiata, hanno con nuove istanze, è motivi fatto nuovamente ricorso à questa medesima Sagra Congregazione per la moderazione, e revocatione di detta dichiarazione, è decreto. Supplicò perciò Fr. Geronimo Valvasori da Milano Procuretor Generale di S. Agostino, unitamente con gli Oratori P. EE. VV. Reverendissime di confermare la suddetta risoluzione. Chec &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, reque denuo, auditis Partibus, Eminentissimo Ico referente, mature discussa, statuit, ac decrevit standum esse in decisis, quibuscumque non obstantibus. — Roma 27. Martii 1664. — M. Card. Ginnettus. — Loco ✕ Sigilli. — E. Episc. Camer. Secret.

Hæres ab intestato profano solvere legatum pium relictum in testamento profano nullo; Rota p. 9. recent. dec. 108. n. 25. & 24. & late part. 19. tom. 1. dec. 484. n. 3. & in Cararogustana Testamenti 9. Mart. 1671. dec. 65. num. 14. part. 17. recent. Card. Petra tom. 2. Comment. ad Constit. 10. Innoc. III. & alii passim. Hæres detrahit Trebellianicam contra ecclesiam mediate substitutam, data cautione restituendi eam, si substitutio purificabitur per ecclesia; Sabell. diversor. tract. vers. Trebellianica num. 20. citans plures alios; Cardin. Petra loc. cit. num. 76. & alii passim. Hæres ex testamento per lapsum tringinta annorum præscribit contra legatarios, vel coheredem; Ancharan. in cap. Sine possessione n. 7. in fin. de regul. jur. in 6. Bald. de præscript. part. 3. q. 13. tom. 9. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 7. num. 306. & num. 3. lib. 12. tit. 24. num. 26. Card. de Luca de credit. disc. 131. num. 21. Card. Petra tom. 1. comment. ad Constit. 4. Honorii III. num. 98. citans Rotam, & varios alios.

Hæres personæ excommunicatæ præsent cautionem de satisfaciendo parti, antequam Excommunicatus defunctus absolvatur; Sac. Cong. Immu. in Aquilana 13. Aug. 1686. decr. Allov. pag. 387. Successio in hæreditate bonorum omnium Sacerdotis mortui absque hærede spectat ad Episcopum, non ad Cameram Ducalem, ad effectus disponendi juxta regulas canonicas; S. Cong. Immu. in una Burgi S. Domini 26. Aug. 1669. lib. 1. Decret. Allov. p. 190. Hæres institutus sub conditione ne mulierem inonestam in uxorem ducat, hæredita-

tem amittit, si idem præceptum non servet; Sac. Cong. Conc. in Nullius 19. Dec. 1626. lib. 13. Decret. fol. 62. Hæredem qui vult facere ecclesiam, consanguineis ex hæredatis, querat alterum qui suscipiat, non Augustinum, immo Deo propitio neminem inveniat; cap. Quicumque 43. caus. 17. q. 4. ex verbis Sancti Augustini term. 52. de vita Clericor.

Hæres aliquæ Executores post hæreditatem aditam, & inventarium confectum statim tenentur solvere legata, & alia exequi, quæ defunctus præceperat, nisi justo impedimento excusentur, & ad hoc à Judice cogi possunt, l. Cum res 47. in princip. ff. de Legatis 1. l. Si dōmus 71. §. in præmia 8. eod. cap. Si hæres 9. de Testam. Quamvis enim hæres, aliique executores non incurram penam ab ipso jure statutam, nisi intra tempus à jure determinatum voluntatem testatoris exequi negligant, potest tamen Episcopus per censuram ecclesiasticam, vel etiam alius Juxer per interdictum administrationis bonorum defuncti, vel alias penas arbitrarie etiam ante annum compellere hæres, & Executores testamentarios ad implendam voluntatem defuncti, non tantum quoad causas pias, sed etiam profanas, nam hæres cum primam potest, tenetur solvere legata, & alia relictā in testamento per leges citatas; Abbas in cit. cap. Si hæres num. 5. Covarrub. ibid. num. 4. Card. ibid. Pirhing. lib. 3. Decr. tit. 26. num. 129. Reiffenstuel ibid. n. 792. & alii. Dominum enim rei legatæ adita hæreditate statim transit in Legatarium, §. Nostra autem, Instit. de Legatis, & ibi Gloss. verb. Per in rem; juncta additione, §. l. A Titio 64. ff. de Furt.

Hæres, aliique executores tenentur adimplere defuncti voluntatem infra annum computandum non à die mortis testatoris, sed à die monitionis factæ per Judicem, & si semel moniti negligant, perduunt omne id, quod eisdem aliàs ex testamento competit, sive hæreditas, sive legatum sit, textu expresso in Authent. Hoc amplius Cod. de Fideicom. ibi: Monitus à Judice infra annum non implet. Et Novell. 1. cap. 1. §. 1. cap. Nos quidem 3. de Testamentis, ibi: Ut eam commoneat, quotenus infra annum &c. & ibi Fagnanus num. 2. Abbas antiquus num. 2. Hostiens. num. 2. Joan. Andr. num. 8. Ancharan. num. 5. & 6. Butrius num. 9. Abbas Siculius num. 3. & alii passim. Et concordat Authent. de hered. §. Falcia. §. Si quis autem in princip. c. 1. collat. 1. ubi etiam una tantum monitio ut præcedat, requiritur; idem etiam desumitur ex cap. Si hæres 6. de Testam. ibi: Si hæres justa vota testatoris non adimpleverim (supple intra annum juxta cit. Authent. hoc amplius, & cit. c. Nos quidem) ab Episcopo loci illius omnia res, quæ eis relicta est, canonice interdicatur, cum fructibus, & ceteris emolumentis, ut vota defuncti adimpleantur. Ratio autem hujus pœnæ privationis datur in l. Si patroni 54. §. Sed nec illud ff. ad S. C. Trebell. ubi dicitur: Cur enim non videatur indignus, ut qui destruit supremas Defuncti preces, consequatur quid ex voluntate?

Limitatur tamen hæc pœna privationis totius hæreditatis in hæredibus necessariis tam descendentibus, quam ascendentibus, qui licet sint negligentes in adimplenda ultima voluntate testatoris, non ideo tamen debent privari sua legitima, quæ illis non ex voluntate testatoris, sed juri dispositione obvenit, & quasi jure natura est debita; cit. Authent. hoc amplius, Cod. de Fideicom. Abbas in cit. cap. Si hæres num. ult. in ibi Covarrub. n. 9. Pirhing. loc. cit. num. 126. Reiffenstuel loc. cit. n. 794. & alii. Nisi forte hæreditas sit talis, que dividi non possit, ut sunt Regna, Ducatus, & hujusmodi arg. cap. Licet 6. de Voto, ubi filio Regis Hungariæ indicitur privatio regni, si defuncti patris voluntatem non adimpleat; Cum enim regnum dividi non possit, ideoque nec legitima ex eo detrahi potest; Gloss. ibidem verb. Privandum. Silvester verb. Testam. 2. q. 10. dist. 3. Pirhing. loc. c. n. 126. Reiffenstuel loc. c. n. 794. & alii.

Relicta ad pias causas integre solvi debent ab hæredibus, aliisque Executoribus infra sex menses à die insinuationis Testamenti numerandas. Et si intra tale tempus cessante legitimo impedimento id negligant, debent in penam restituere legata cum omnibus fructibus, &

& omni augmento, & emolumento, quod à tempore mortis testatoris ex his percipi potuit, *Aurb. de Eccles. tit. §.* Si autem heres, *vers.* Si autem Legatum cap. 12. col. lat. 5. Fagnan. in cit. cap. Nos quidem 3. de Testam. n. 7. & 8. Pirhing. loc. cit. n. 127. Reiffenstuel loc. cit. n. 769.

48 & communis aliorum. Quod si hæres, vel alii executores bis admoniti ab Episcopo dispositionem testatoris ad causas pias adimplere neglexerint, etiam ante annum elapsum privantur omnibus commodis ex testamento eisdem relictiis competentibus; textu expresso in *cit. Aurb. §.* Si quis autem pro redemptione, *vers.* Si autem qui hoc facere jussit cap. 11. collat. 9. Bartol. & Salicet. *Si Aurbent. Hoc amplius, Cod. de Fideicom. Covarrub. in cap. Si hæres 6. de Testam. num. 5. & Abbas ib. n. 5. Layman loc. cit. cap. 11. num. 13.* Pirhing. loc. cit. num. 127.

50 Reiffenstuel loc. cit. num. 795. & alii passim. Si autem heredes perperam negent legata esse relicta ecclesiis, vel aliis pijs causis, & in illa negatione persistent usque ad sententiam, condemnandi sunt in duplum, ut expresse statuitur in §. Item mixta *Instit. de actio. & tenent cum communi aliorum Doctores mox citati.*

Si hæres, vel executores semel admoniti, intra annum dispositionem à testatore factam præsertim circa causas pias adimplere neglexerint, potestas exequendi devolvitur ad Episcopum, textu expresso in *cit. Aurbent. de Eccles. tit. cap. 10. §. cap. Nos quidem 3. de Testam. §.* Quod si bis admoniti talem dispositionem adimplere neglexerint, etiam ante annum dicta exequendi potestas ad Episcopum devolvitur; *cit. Aurbent. de Eccles. tit. cap. 11. §.* Si autem qui hoc facere jussit, & concordat leg. Nulli *Cod. de Episcop. & Cleric. §. c. Tua nobis 17. de Testam. Concil. Trid. sess. 22. cap. 8. & expresse Covarrubias in cit. cap. Nos quidem 2. de Testam. num. 8. Abbas ib. num. 11. Fagnan. ibid. num. 9. & 10. Innocent. ibid. num. 2. Reiffenstuel loc. cit. num. 797. & alii. Immo Fagnan. loc. cit. num. 10. Innocent. loc. cit. num. 2. Hostiens. ibid. num. 6. & alii sustinent, Episcopum hærede, vel executore negligente, succedere in facultatem exequendi etiam ad non pias causas, & rationem reddunt cum ipso Fagnano loc. cit. num. 10. Abbas *ibid. num. 8. Butrius ibid. num. 6. quia, dicunt ipsi, quælibet defuncti voluntas potest dici pia, leg. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles.**

(Quamquam sufficere videbantur, ut hæc materia plane cognoscatur, ea perlegere quæ verbis sequi ad dicit. *hisp.* signantur, scilicet *verb.* Alimenta, *vers.* Patrem: *vers.* Dum patri: *verb.* Apostata, *verb.* Legatarius, *vers.* Extra testamentum: *vers.* viculisque quinq; sequi. *verb.* Legitima, in *vers.* omnibus ad hoc verb. notatis: *verb.* Mater, *vers.* Adveritur: *verb.* Parenies, *vers.* Alendi obligatio: *verb.* Spolium *vers.* Quod sint: *fer tot. verb.* Successio ab intestato, & *verb.* Testamentum, in *fn.* nec prætermitti debeat recognitio noviter in eisdem *vers.* præventorum, nihilominus major extensio offertur, nam ad ea ex num. 1. ad 7. *exclusive. vid. verb. procedens* Hæreditas, & leg. 22. 23. 24. & 25. tit. 4. p. 6. ad rem leg. 10. & 11. *ejusd. tit. & p. lit. F. ex pag. 67. ad 78. præsertim 70. col. 2. in novis. hisp.*

Quæ ex num. 7. includuntur, per leg. 2. & 4. tit. 3. p. 6. comprobantur: per illam decernitur, quem instituit hæredem posse, videlicet Imperatorem, aut Imperatricem, Regem, seu Reginam, Regium fitcum, cujuscunque oppidi Ecclesiam, Civitatem, Villam, oppidorum Consilia, omnem hominem, sive sit pater sive filius, Eques, furiosus, seu mente captus, mutus, surdus, cæcus, prodigus, Clericus, secularis sive regularis: (Vid. infra leg. 11. For. Reg.) denique lex concludit, esse posse qui non prohibetur; Per leg. quartam designatur, deportatum in perpetuum in regias operas, (Vid. *verb.* Testamentum, *vers.* In testamento condito:) de hæresi damnatum, (Concordant leg. 7. & *fn. prope med. tit. 7. p. 6. 4. tit. 26. p. 7. 16. tit. 6. lib. 3. For. Reg.) qui scienter bis baptismum recipit, Apostatas, confraternitatem, collegium, contra jur seu abique Principis voluntate erecta, hæreses institui non valere, neque ex damnato coitu, scilicet ex consanguinea, seu religiosa procreatum; ad idem fere tendit leg. 11. tit. 5. lib. 3. For. Reg. per eam determinatur,*

aliquid heretico religioso (vid. proxime leg. 2. tit. 3. p. 6.) professione facta (Ordini aut monasterio potest) aleo-
49, proditori, rum dominum qui necare, cedere, vel in servitutem redigere (lit. F pag. 23. conduct. in princ. add. novis.) permittit, adulterino, aut incestuosus relinqui non posse. Ad rem præcedentia notantur cum ex n. 10. ad 12. propositis.

Circa ferientem Cardinalem vid. *glor. D. Gregor. Lopez in *fn. leg. 6. tit. 13. p. 2.* In filios rebellium, seu proditorum concordat *tit. 2. p. 7.* Ad rem *vid. verb. Infamia.**

Ubi quidquam adverti necessarium estimatur, de alienigenis in mentem venit: nam, licet privilegia, & immunitates in favorem Exteriorum multa sint concessa, tam quoad onerum, ac juri exemptionem quam quoad beneficiorum ecclesiasticorum obtentionem (Vid. *verb.* Civitas, & Concursus) nullum verbum apponitur quo demonstreret, an Exteri suis terroribus habitantes possint hispanis vassallis succedere, è contra vero isti Exteri, quia naturaliter convenit, ut utilitas, & commodum rerum in solo in quo suæcum, & incrementum accipiunt, refundatur, per consequens justa & adequata est dictæ acquisitionis prohibitio; huc etiam accedit, quod licet res ad vassallos pertineat, nunquam deficit in supremo principe aliqua super illam potestas, (Lit. F p. 335. col. 2.) propterea quod ad alios quam subditos transferri haud possunt, nisi conventientia ejus, seu expressa voluntas (vid. *reg. sched. 5. Decem. an. 1783. §. 4.*) intercederet: cumque hæc impedimentum præstarent, ut subditis alterius Potentis dominium rerum in hoc regno existentium acquirerent, fuit (Reg. *sched. 2. Maii an. 1783.*) inter Regem nostrum Catholicum, Sardinensemque initum super reciprocam utriusque vassallorum acquisitionem tam ex testamento, ab intestato quam alio justo titulo, quia cuiilibet eorum conceditur facultas mobilia omnia quo voluerint, absque jurium aliqua solutione, seu illorum astimationem, etiam immobilium, transportandi; verum si in successione, vel acquisitione hæc comprehendatur, & per se, aut per alios mandat habentes, in possessione prosequantur, debent pro naturalibus reputari. Ad ultima in dictis *num. 13.* præventa, vid. leg. 13. tit. 7. p. 6.

(Ad ea, quæ sunt declarata num. 13. repetit addit. *hisp. verb.* Successio ab intestato.)

Assignare fundum favore capellanæ hæredem non potuisse, & assignationem non sustinere, respondit Sac. Congregat. Concil. in *Viterbim. 20. Sept. 1727.* ad 1. dub. ut patet in *Thesoro resol. Sac. Congreg. Concil. dicti anni 1727. ubi ad longum.* Quando enim non sunt à fundatore certa bona determinate taxata, censetur obligata omnia bona hæreditatis ad sustinenda onera capellanæ. E contra autem quando à testatore pro certa missarum, & anniversariorum celebratione alicui ecclesiæ relicti sunt determinati fundus; si dictus taxatus fundus deinde extingatur, non tenetur hæres alium fundum in locum illius substituere; Sac. Congregat. Concil. in *Albanen. 10. Martii 1742.* etiamsi sit opulenta hæreditas; quia cum legatum incipiat ab assignatione bonorum, non nisi taxativum censeri debet, siquidem si testator non gravavit hæredes ad solvendam annum præstationem respondentem oneri missarum, sed certa ab eadem hæreditate segregavit bona, quæ voluit subjecta oneri designato, conjuncturæ qualescumque sive à perpetuitate legati, sive ab hæreditatis opulenta deductæ, nimis vagæ, ac imbecilles estimantur, ut judicetur contra regulam passim servatam in d. S. Congreg. Concil. nempe quod non sit substituendus alius fundus, quoties legatum incipit ab assignatione bonorum, sunt enim ad id certa bona determinata taxata.

Ad dubium: An candelæ gestanda per Canonicos in associatione funeris debeat esse ponderis ad minus quatuor librarum, vel arbitrio hæredum; & an Canonici ultra dictam candelam præterdere possint unum dncatum regni pro quolibet Canonico? Sac. Congreg. Concil. in *Trojana 21. Maii 1701. respondit Negative, quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem, Negative.*

Ad

55 Ad dubium: An hæres defunctorum possint adhibere circa cadavera defunctorum quantitates cere sibi benevisam, seu potius constet de aliqua consuetudine quoad quantitatem cere, eaque sit servanda? Sac. Congr. Concil. in *Nullius, seu Montis Cassini 26. Januar. 1726.* ad VIII. respondit: *Esse statuendam taxam ab Ordinario, auditis interese habentibus; & taxa ab eodem transmittitur ad Sac. Congr.* (Vid. *verb.* Candela, *ia add. hisp.*)

56 Ad dubium: An Presbyteri dictæ ecclesiæ valeant prohibere sonum campanarum, tam de tempore obitus, quam de tempore delationis cadaveris ad aliam ecclesiam, & quod emolumentum ab hæredibus defunctorum Sacristiæ debeat in casu &c. Ead. Sac. Congr. *ibid. ad XV. respondit negative quoad tempus obitus, & pro sonitu nihil debent; quoad tempus vero delationis cadaveris pulsantis erede campanas, si heredes velint, soluta competenti mercede taxanda ab Ordinario.*

57 Hæredibus licet dumtaxat Parochum ad funus vocare, sed si velint alios Presbyteros vocare, præferendi sunt Presbyteri ecclesiæ parochialis, & receptitia in numero ipsis hæredibus benevisis; Sac. Congr. Concil. in *Nullius, seu Montis Cassini 26. Jan. 1726.*

58 Ad hæreses, & non ad Parochum spectat vocare quot, & quos libuerit ad funus, Sac. Congr. *Episc. & Regul. 4. Jan. 1594.*

59 Numerum Religiosorum, ac electionem Religionum pro associandis cadaveribus, ad hæreses defunctorum pro libitu voluntatis eorum spectare, & pertinere, & ita ubique imponeretur servari debere, declaravit Sac. Rit. Congr. 4. Jan. 1640.

60 Hæreses defuncti invitare possunt numerum Sacerdotum secularium, aut Regularium, immo, & confraternitatum sibi benevisum; nec cogit possunt ad vocandum Capitulum, vel alios, sed solum Parochum, cui debetur duplum elemosynæ illius, quæ datur aliis Sacerdotibus simplicibus; Sac. Congr. *Episc. & Regul. 17. Martii 1579. 11. Oct. 1580. 24. Jan. 1647. & 11. Dec. 1649.*

61 Hæres non tenentur vocare nisi parochum; Sac. Congr. *Episcop. & Regul. 28. Septemb. 1646.*

62 Hæreses Beneficiorum tenentur resarcire bona, & domos beneficiorum, necnon sacris supplicibus ecclesiis providere ex Oraculo *Clementis XI. mediante encyclica epistola sub die 23. Maii. 1708.* impressa in *Appendic. Synod. Fulginti. Baptistelli. fol. 167. Uraya in Miscellanæ Sacro, & profano primo lit. B. num. 29.**

1 Summa hæredum divisio est, ut vel testamentarii, vel legitimi sint. De testamentariis placet hic distingere. Essentia cujuscumque testamenti vel solemnitis, vel minus solemnitis, consistit in hæredis institutione, quæ est certi Successoris in universum sui quod defunctus habuit, declaratio legitima. (Vid. *add. hisp. verb. Testamentum, vers.* In testamento condito:)

4 Hæresis institutio, aut necessaria, aut voluntaria est. Hæc quando necessario certe personæ sunt instituentis vel exheredanda, hoc est quibus debetur legitima. Sic itaque ante omnia hæreses sunt instituendi liberi tam sui, quam emancipati, tam à patre, quam à matre, *Novell. 115. cap. 3. immo & spurii respectu matris, Leg. 28. §. 1. de Inoffic. testam. Quin & nepotum quoque filii mortuis, & posthumorum eventualiter habenda est ratio; Princip. & §. 1. Instit. de Liber. & post hæred. instit. aliis nativitate sua rumpunt testamentum;*

9 Leg. 3. §. 3. de injust. rupt. & irrit. testam. Huc etiam referantur qui in potestate testatoris quocumque mortuo post conditionem testamentum recidere queunt; Leg. 29. §. 11. ff. de Liber. & Posth. her. instit. Hinc consultum est, instituere hosce eventualiter, in quem finem Romani ex legibus varias formulas excogitarunt; Leg. 29. §. 12. ff. de Liber. & Posth. her. instit. Inde posthumi alii legitimi, alii Aquiliani, alii Vellajani, alii Juliani, alii Cornelianum dicebantur; *dist. leg. 29. dist. tit. de Liber. & Posth. her. instit.* Sed nullam hodie præstant utilitatem anxie illæ Veterum formulæ. Vide L. 15. Cod. de Testam. leg. ult. Cod. de Posth. Hered. instit. Sic etiam ex eodem fundamento utilis est eventualiter instituere parentes, ne liberis mortuis ante testato-

rem testamentum rumpant. Dicit & idem potest de fratribus, quo casu & illis legitima debetur. In voluntaria hæresis institutione inspicit debet, ad habitatem personarum instituendarum. II. ad modum instituendi. In personis requirebatur, ut Juris civilis commercio frueretur; leg. 1. ff. ad leg. Falcid. tum ut hæreses scripti certi essent. Excludebantur proprieteæ servi quales, Peregrini, leg. 9. §. 2. de Hered. insti. qui tamen postquam jura succedendi illis sunt communicata, hodie institui queunt; *Aut.* Omnes Peregrini *Cod. Commun. 20. de Success. Deportati, Banniti, Apostatae; L. 3. C. de Apostat. Hæretici L. 4. Cod. de Hæretico. (Vid. verb. Bannitus, & cetera verba) Collegia denique, Universitates, & incertæ personæ, nisi collegia essent excepta; L. 2. & L. 22. C. de Sacros. Eccles. L. 1. C. de Judaicis. Bmndavit vero hoc Justinianus in §. 25. & sequent. *Instit. de Legat. 24.* ut tantum reprobata collegia institui nequeant. Sunt & qui certo respectu instituunt hæreses haud possunt. In horum numero sunt liberi naturales, quando adsunt legitimi, tunc enim non nisi in una uncia institui à patre queunt; *Aurb. Licet C. de natural. liber. Novel. 89. cap. 12.* Si testatoris parentes soli supersint, in octo uncias, aliis vero ex asse. Sic & incestuosæ hæreses à parentibus institui haud possunt, nec parentes incestuosos à se invicem; L. 6. C. de Incest. nupt. ab aliis vero possunt. Hæc inhabilis institutio si palam fiat pro non scripta habetur; L. 2. de hered. Instituti. ac si clam, & in fraudem legis, lucrum ejus cedit Fiscus; L. 1. & L. 3. §. 1. de Jur. Fisc. Habilitas hæresis tribus maxime temporibus considerari debet, testamenti conditi ob regulam Cationiam, mortis, quia testamentum per hanc confirmatur, & aditionis, quia per hanc acquiritur bona. Quod ultimum in hæredibus suis diversum haud est à tempore mortis. Sed jam satis de habitate personarum instituendarum. Quod attinet ad modum instituendi, I. requiritur ut institutio possit habere effectum: Quamobrem ridicula est omnium hominum institutio. Diversa autem est ratio in institutione pauperum; L. 46. & L. 49. C. de Episcop. & Cler. quum magis pauperes collectivè sumpti in eo quo vixit testator loco videantur restituendi. (Concordat *lex 20. tit. 3. p. 6.*) Huc etiam referuntur si quis Sanctum instituat, quia sic ecclesiæ Sancto illi dicatæ debetur; L. 26. Cod. de Sacros. Eccles.*

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

sem testamentum rumpant. Dicit & idem potest de fratribus, quo casu & illis legitima debetur.

In voluntaria hæresis institutione inspicit debet, ad habitatem personarum instituendarum. II. ad modum instituendi.

In personis requirebatur, ut Juris civilis commercio frueretur; leg. 1. ff. ad leg. Falcid. tum ut hæreses scripti certi essent. Excludebantur proprieteæ servi quales, Peregrini, leg. 9. §. 2. de Hered. insti. qui tamen postquam jura succedendi illis sunt communicata, hodie institui queunt; *Aut.* Omnes Peregrini *Cod. Commun. 20. de Success. Deportati, Banniti, Apostatae; L. 3. C. de Apostat. Hæretici L. 4. Cod. de Hæretico. (Vid. verb. Bannitus, & cetera verba) Collegia denique, Universitates, & incertæ personæ, nisi collegia essent excepta; L. 2. & L. 22. C. de Sacros. Eccles. L. 1. C. de Judaicis. Bmndavit vero hoc Justinianus in §. 25. & sequent. *Instit. de Legat. 24.* ut tantum reprobata collegia institui nequeant. Sunt & qui certo respectu instituunt hæreses haud possunt. In horum numero sunt liberi naturales, quando adsunt legitimi, tunc enim non nisi in una uncia institui à patre queunt; *Aurb. Licet C. de natural. liber. Novel. 89. cap. 12.* Si testatoris parentes soli supersint, in octo uncias, aliis vero ex asse. Sic & incestuosæ hæreses à parentibus institui haud possunt, nec parentes incestuosos à se invicem; L. 6. C. de Incest. nupt. ab aliis vero possunt. Hæc inhabilis institutio si palam fiat pro non scripta habetur; L. 2. de hered. Instituti. ac si clam, & in fraudem legis, lucrum ejus cedit Fiscus; L. 1. & L. 3. §. 1. de Jur. Fisc.*

Habitatus hæresis tribus maxime temporibus considerari debet, testamenti conditi ob regulam Cationiam, mortis, quia testamentum per hanc confirmatur, & aditionis, quia per hanc acquiritur bona. Quod ultimum in hæredibus suis diversum haud est à tempore mortis. Sed jam satis de habitate personarum instituendarum.

Quod attinet ad modum instituendi, I. requiritur ut institutio possit habere effectum: Quamobrem ridicula est omnium hominum institutio. Diversa autem est ratio in institutione pauperum; L. 46. & L. 49. C. de Episcop. & Cler. quum magis pauperes collectivè sumpti in eo quo vixit testator loco videantur restituendi. (Concordat *lex 20. tit. 3. p. 6.*) Huc etiam referuntur si quis Sanctum instituat, quia sic ecclesiæ Sancto illi dicatæ debetur; L. 26. Cod. de Sacros. Eccles.

II. Ut fiat institutio ex certa scientia & animi sententia facta. Hinc nequit in alterius arbitrium conferri; L. 32. ff. cod. aperte scilicet, bene tamen tacite per conditionem; L. 68. ff. cod. L. 1. ff. de Legat. 1. vel si consideratur tamquam arbitrium boni viri; L. 1. ff. de Legat. 2. De jure vero canonico hoc simpliciter admittunt ob cap. 15. de Testam. (Vid. proxime).

V. Ut sit concepta verbis dispositionis & directis. Intellege tamen de jure veteri, nam sublatum est hoc requisitum per L. 15. C. de Testam. adeoque qualescumque declarationis tacita vel expressa hodie sufficit. Vide omnino Harprecht. de tacti. Instit. hered.

VI. Ut sit sincera, non captatoria. Confer vero hic §. 5. de Legat. 1. ff. Si quis aliquid testat. prohib.

VI. Ut sit sincera, non captatoria. Confer vero hic §. 5. de Legat. 1. ff. Si quis aliquid testat. prohib.

IV. Ut sit institutio ex certa scientia & animi sententia facta. Hinc nequit in alterius arbitrium conferri; L. 32. ff. cod. aperte scilicet, bene tamen tacite per conditionem; L. 68. ff. cod. L. 1. ff. de Legat. 1. vel si consideratur tamquam arbitrium boni viri; L. 1. ff. de Legat. 2. De jure vero canonico hoc simpliciter admittunt ob cap. 15. de Testam. (Vid. proxime).

V. Ut sit concepta verbis dispositionis & directis. Intellege tamen de jure veteri, nam sublatum est hoc requisitum per L. 15. C. de Testam. adeoque qualescumque declarationis tacita vel expressa hodie sufficit. Vide omnino Harprecht. de tacti. Instit. hered.

VI. Ut sit sincera, non captatoria. Confer vero hic §. 5. de Legat. 1. ff. Si quis aliquid testat. prohib.

AA Tho-

Thomas, disput. de Captator. & in primis Bynkershoek in opuscul. de Captat. Instit. § 3

HÆRESIS.

SUMMARIUM.

- 1 Hæresis unde sit dicta, quotplex, & qualis, ad num. 10.
- 11 Quod & qua fuerint Hæreses & Hæresiarchæ, remissive.
- 12 Hæresis in quo differat à Schismate, quid sit Schisma & quomodo dividatur, ad num. 16.
- 17 Hæresis causa ad quem Judicem spectet, & qui sint vel esse possint Judices Ecclesiastici in hujusmodi causis, ad num. 28.
- 29 Principes Potestates & Judices Seculares an aliquid Juris habeant circa Processum instituendum, vel institutum à Judice Ecclesiastico contra Hæreticos, ad num. 31.
- 32 Qui possint absolvere necne à criminibus Hæresis in utroque Foro, ad num. 38.
- 39 Subiunguntur alia ad rem, ad num. 50.
- 1 Hæresis est verbum Græcum Latine significans electionem, ac selectionem, eo quod sit novæ, & communis Ecclesie, & Spiritus Sancti vero sensu alienæ doctrinæ, & opinionis electio, aut secta: c. Hæresis 27. & c. Hæreticus 28. caus. 24. quest. 3. Hæresis alia est materialis, & alia formalis. Hæresis materialis est hominis baptizati, & fidem professi erroneus assensus contra aliquam veritatem fidei ex sola ignorantia, vel errore proveniens absque pertinacia voluntatis in eo persistendi; Est in re communis. Hæc hæresis materialis inter veras hæreses numeranda non est; argum. cap. Dixit Apostolus 29. caus. 24. q. 3. & cap. Damianus 2. de Summa Trinitate.
- 4 Hæresis formalis est hominis baptizati, ac christianam fidem professi error voluntarius, ac pertinax contra aliquam veritatem fidei; Est in re communis. Unde patet, quod ad hæresim formalem duo copulative requiruntur, scilicet error in intellectu, & pertinacia in voluntate: argum. cap. Dicit Apostolus 29. & cap. Qui in Ecclesia 31. caus. 14. q. 3. & cit. c. Damianus 2. de Summa Trinitate.
- 6 Pertinacia autem ex parte voluntatis requisita ad constituendam hæresim formalem non consistit in hoc, quod quis acriter & mordicus diu retineat, defendat, & tueatur errorem contra fidem, sed in hoc quod hujusmodi errorem retineat postquam contrarium eidem esse jam sufficienter propositum: vel quando scit contrarium teneri à vera universali Christi in terris Ecclesia, cui iudicium suum præferre præsumit: Sic Doctores communiter. Talis autem pertinacia, & error debet esse hominis baptizati, & christianam fidem professi, ad hoc ut contineat hæresim, quia errores, quos non baptizati, v. g. Turcæ, Gentiles, Judæi contra fidem christianam habent, non hæreses, sed Paganismi, Gentilismi, vel Judaismi sunt, & vocantur: Communis. Talis pertinax error ad hoc ut sit hæresis, debet esse contra aliquam veritatem fidei christianæ. Nam si sit circa alia objecta, quæ ad fidem christianam non pertinent, non est hæresis, ut de se patet: Et si non sit contra aliquam, sed contra omnem fidem christianæ veritatem, non hæresis, sed Paganismus, vel Judaismus erit, aut Apostasia ad illos, aut denique Atheismus perfectus: Quælibet enim hæresis admittit aliquos articulos, & veritates fidei christianæ, v. g. Christum pro nobis esse passum, & mortuum, resurrexisse, & ascendisse in cælum, & hujusmodi.
- 9 Hæresis formalis, de qua hic est sermo, alia est interna, seu mentalis, & alia externa. Hæresis interna, seu mentalis est illa, quæ in corde, seu mente retinetur, & nec verbis, nec factis externe manifestatur. Hæresis externa est illa, quæ interne vigens, verbis, vel facto aliquo externo sufficienter externe exprimitur:
- 10 Communis. Hæresis externa dividitur in occultam, & pu-

blicam, seu manifestam. Hæresis externa publica, seu manifesta est illa quæ palam, & coram pluribus externe manifestatur. Hæresis externa occulta, est illa, quæ verbis, vel facto, aut signo aliquo externo proditur, vel nemine, vel uno, aut altero solammodo presente, & audiente, dicens: Non credo te esse Personam Divinam: Non credo te secundum Divinam Personam esse incarnatam, & hujusmodi. Et hæc hæresis, quia vere est, & dicitur externa, quantumvis occulta, sufficit ad incurrendas penas, nec requiritur, ut sit publica, dummodo alias condiciones habeat. Quot autem, & quanam fuerint hæreses, & hæresiarchæ, vide Berninum, qui late, & fuse de omnibus per quatuor integros Tomos, Graveson. in historia ecclesiastica, Nicolium in flosculis, Boyvin. in theologia t. 4. aliosque passim Dogmaticos, & Historicos de hæresibus, & hæresiarchis, expresse tractantes; & quod antiquos S. Augustin. & S. Epiphani. lib. de Hæresi, & S. Isidorum reletum in cap. Quidam autem 39. caus. 24. q. 3. ubi plurimæ antiquæ hæreses, & hæresiarchæ numerantur.

Hæresis differt à schismate puro per hoc, quod ipsa per se ac directe opponatur fidei, negando, seu non credendo unum aut plures fidei articulos: Schisma vero opponitur unitati, tollendo ecclesie unitatem, quæ per charitatem habetur: Sic communis cum D. Thoma 2. 2. q. 39. art. 1. Sanchez lib. 2. Moral. cap. 36. num. 6. Reiffenstuel lib. 5. Decret. tit. 8. n. 7. Unde constat, schisma esse errorem voluntatis, non intellectus, ut est hæresis: Uraysa Institut. Crimin. lib. 1. tit. 7. num. 4. Notanter autem dicitur, à Schismate puro: quia Schisma purum facit quidem recedere ab unitate Ecclesie, & ejus Capitis Vicarii Christi in terris, sed absque errore in fide: ad differentiam Schismatis mixti, seu conjuncti cum hæresi, quod nedum facit recedere ab unitate Ecclesie, sed & insuper facit recedere à vera fide, negando v. g. seu non credendo Summam Romanam Pontificem esse in terris Vicarium Christi, & caput totius Ecclesie Catholice &c. Hinc patet, posse esse schisma sine hæresi, sed non è contrâ: omnis enim hæreticus est schismaticus, sed non è converso, ut declarat Goffred. in Summa de Schismate, & Socin. cum Fagnan. lib. 5. Decretal. in cap. Quod à prædecessore 1. de Schismaticis num. 20. Ordinarie tamen, & præctice loquendo, vix nostris hodie huius unquam datur amplius schisma purum, seu sine hæresi, quamvis enim in sui principio schisma non habeat perversum fidei dogma, sicut hæresis, tamen in fine nullum schisma est sine hæresi, ut ex verbis S. Hieronymi recte notatur in cap. Inter hæresim 26. caus. 24. q. 3. ibi: "Inter hæresim, & Schisma loci interesse arbitramur, quod hæresis perversum dogma habeat, schisma propter episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. Quod quidem in principio aliqua ex parte intelligi potest; Ceterum nullum schisma non ali- quam sibi confingit hæresim, ut recte ab Ecclesia recessisse videatur."

Hæresis causa spectat solummodo ad Judicem ecclesiasticum, est enim hæresis crimen mere ecclesiasticum, textu expresso in cap. Ut Inquisitionis 18. §. Prohibemus, de hæretico in 6. ibi: Prohibemus quoque districtius Potestatibus, Dominis temporalibus, & Regibus, eorumdemque Officialibus supra dictis, ne ipsi de hoc crimine, cum sit mere Ecclesiasticum, quomodo cognoscant, vel judicent, & Gloss. ibid. communiter recepta. In specie autem Judices Ecclesiastici in causa hæresis sunt sequentes. Primo Summus Pontifex; Communis, & indubitanter. Secundo Sac. Congregatio Cardinalium Inquisitorum ad hoc erecta à Paulo III. anno 1542. constituit. 34. incipient. Licet: & donno restituta à Sixto V. anno. 1587. constituit incipient. Immensa: Tertio Episcopi respectu omnium existentium in sua diocesi; cap. Excommunicamus 13. §. Adjicimus, de Hæretico, Clementin. 1. Propter quod, de Hæretico, & communis Doctorem. Immo Episcopi etiam exemptorum Regularium Judices sunt in causa hæresis, non ut Judices Ordinarii, sed ut delegati Papæ, textu expresso in cap. Ad abolendam q. §. final. de Hæretico. ibi: "Si qui fuerint à lege diocesana jurisdictionis exempti, Soli subiaceant Sedi

»Apos-

»Apostolicæ potestati; nihilominus in his, quæ contra Hæretico sunt instituta, Episcoporum subeant jurisdictionem; & eis in hac parte, tamquam à Sede Apostolica delegatis (non obstantibus liberatis suæ privilegii) obsequantur." Vicarius tamen Generalis sine speciali mandato Episcopi non est Judex in causa hæresis; Farinac. de hæresi quest. 186. num. 13. Imola in Clementin. 1. de Hæretico. n. 18. Pirhing. lib. 5. Decret. tit. 7. num. 124. Reiffenstuel ibid. num. 439. & alii, & ratio est, quia ob gravitatem hujus criminis requiritur specialis commissio, ut desumitur ex Concil. Tridentin. sess. 24. de Reformat. cap. 6.

Quarto Judex Ordinarius in causa hæresis est etiam Capitulum Sede vacante; Sic Farinac. de hæresi q. 186. n. 177. Hostiens. in cap. Ad abolendam q. de Hæretico num. 2. & 4. Barbosa ibid. num. 2. Abbas ibid. num. 1. Pirhing. loc. cit. num. 125. Reiffenstuel loc. cit. num. 440. arg. cit. cap. Ad abolendam, ibi: vel Clerici ipsi Sede vacante, cum consilio (si oportuerit) vicinorum Episcoporum, hæretico judicaverint. Non potest tamen Capitulum Sede vacante exemptum judicare in causa hæresis; Farinac. de hæresi quest. 189. num. 182. Abbas in cit. cap. Ad abolendam in fine, & alii communiter. Et ratio est, quia Capitulum Sede vacante succedit Episcopo solum in iis, quæ jure ordinario competunt Episcopo, non vero in iis, quæ non nisi jure delegato, aut speciali habet; arg. cap. Pastoralis 11. de offic. Judic. Ordinar. & Delegat. in 6. §. leg. In omnibus ff. de Regul. Juris. Quinto Judices competentes in causa hæresis sunt Inquisitores fidei in S. Officio Inquisitionis specialiter deputati à Summa, & universali Congregatione Cardinalium Generalium Inquisitorum, juxta cit. constitut. Pauli III. incipient. Licet: & constitut. Sixti V. incipient. Immensa: Et est communis arg. cap. Ut officium, de hæretico in 6. cap. Ut Inquisitionis eod. in 6. Clementina 1. de hæretico, cum similibus. Inquisitores autem provinciarum, & diocesium non sunt Judices Episcoporum, Nuntiorum, Officialium Apostolicorum, sed occurrente casu suspensionis, vel accusationis, vel denuntiationis contra ipsos, debet significare Sedi Apostolicæ, prout expresse statuitur in c. Inquisitores 16. de hæretico in 6. Extravag. Cum Mattheus 3. de hæretico inter communes.

Inquisitores, & Episcopi possunt conjunctim, vel separatim in causa hæresis contra suspectos, vel denunciatos procedere; ita tamen ut si separatim procedant, sententiam condemnatoriam ferre non possit Inquisitor, nisi prius processum communicet Episcopo, vel Sede vacante Capitulo; Nec Episcopus nisi suum processum communicet Inquisitori, si in sua diocesi officium Inquisitionis vigeat, textu claro in cap. Ut officium 11. de hæretico, & cap. Per hoc 17. eod. in 6. In locis, ubi non vigeat officium Inquisitionis, Episcopi soli gaudent omni facultate Inquisitoribus aliis competente; Sic probat receptus usus, & consuetudo, ut observant Azorius part. 1. lib. 8. cap. 18. quest. 2. Pirhing. loc. cit. num. 130. Reiffenstuel loc. cit. num. 449. & alii passim. Episcopi enim in suis diocesisibus sunt Inquisitores nati, ut recte notat Card. de Luca Relat. Curia Romana disc. 14. num. 4.

Principes, Potestates, & Judices Seculares nullo modo possunt se immiscere in processum à Judice ecclesiastico contra hæreticos instituendum, vel institutum, sed debent indilate exequi sententiam Judicis ecclesiastici, textu expresso in cap. Ut Inquisitionis 18. de hæretico in 6. Nec possunt præterdere videre prius processum à Judice ecclesiastico factum, & si præterdant, debet illis negari; cit. cap. Ut Inquisitionis, & Innocent. VIII. constitut. incipient. Dilectus: ubi præcipit, ut Judices seculares sine ulla visione Processus ab Inquisitore facti exequantur sententiam sub pena excommunicationis ipso facto incurrenda. Sententia autem Judicis ecclesiastici dicitur statim & indilate exequi à Judice seculari, si intra sex dies exequitur; textu expresso in citat. constitut. Innocentii VIII. incipient. Dilectus filius: ibi: "Præcipiatis, atque mandetis, ut infra sex dies postquam legitime fuerint requisiti sine aliqua

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. IV.

»dictorum processuum per vos agitatorum visione, sententias per vos latas contra hujusmodi Hæreticos prompte exequantur, appellatione remota."

Hæresis pure mentalis, cum excommunicationem adnexam non habeat, potest absolvi à quocumque etiam simplici Confessario; Barbosa de potest. Episcop. part. 2. allegat. 40. num. 13. Bordon. in Tribunali cap. 12. n. 2. & 3. Del bene de Offic. Inquisit. part. 1. dub. 49. p. 2. Bonacina de Censur. in Bulla Censæ disp. 1. q. 2. punct. 2. num. 3. & cum aliis à se citatis Card. Petra tom. 3. comment. ad Constitut. 18. Innocent. IV. num. 13. Episcopi, & Inquisitores absolvere possunt in utroque foro ab hæresi deducta in forum contentiosum; cap. Ut officium 11. de hæretico in 6. & docent communiter Doctores teste Card. Petra loc. cit. num. 27. ubi dicit sic pluries respondisse Sacram Supremam Inquisitionem; nec obstare bullam in Censæ Domini, cum ipsa procedat quoad absolutionem ab hæresi non deducta ad Forum contentiosum. Non possunt tamen absolvere ab hæresi in Foro conscientie tantum, ut pluries de Inquisitoribus respondit Suprema Inquisitio, teste Card. Albitio de inconstancia in Fide cap. 25. num. 16. Salell. lib. 2. cap. 8. regul. 200. num. 35. Card. Petra loc. cit. num. 28. & de Episcopis pluries respondit Sac. Congreg. Concil. præsertim die 21. Aug. 1609. die 7. Julii 1617. die 5. Nov. 1644.

An autem Prælati Regulares possint absolvere suos subditos ab hæresi occulta? Vid. verb. Absolutio: ubi late de hoc.

Absolutio in foro interno non suffragatur in foro externo. Pœnitentes enim sic absoluti possunt adhuc in foro externo inquiri, & puniri. Locutus verb. Absolvere num. 1. & verb. Hæreticus num. 24. Repetor. Inquisitor. verb. Confessio §. rerum. Zanchin. de hæretico. cap. 34. Duard. in bulla Censæ lib. 3. §. 2. q. 12. num. 12. Barbosa loc. cit. allegat. 40. num. 29. Card. Petra loc. cit. num. 30. & alii passim.

Hæresis abjuratio præcedens inquiritur tamquam conditio necessaria in literis apostolicis dispensationum, quæ super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, aliisve impedimentis petuntur pro personis diversæ professionis. Benedic. XIV. tom. 2. constitut. 51. incip. Magnæ Nobis admirationis: Hæresis abjuranda promissio non sufficit, ut hujusmodi literarum Executor, seu Episcopus dispensandi facultatem ab Apostolica Sede habens, dispensationes ipsas ad effectum perducatur. Idem const. 59. incip. Ad tuas manus: Hæretici ratione suscepti Baptismi ad amplectendam fidem catholicam cogi possunt. Idem ibid. In locis tamen, in quibus toleratur, ut hæretici mixti cum Catholicis habitent, videndum quid ferat usus, & consuetudo. Idem ibid.

Hæreticorum conjugia ex perpetua Sedis Apostolicæ disciplina, sunt Catholicis interdita. Idem const. 52. incip. Magnæ nobis admirationis: Si vero aliquando ex gravissimis causis permituntur, opportune adjuvantur cautelæ, quibus & conjugis catholici fides, & futura prolis catholica educatio in tuto habeatur. Idem ibid. Hujusmodi conjugia in aliquibus locis, in quibus hæretici cum catholicis mixti vivunt de facto inveniunt, & à potestate ecclesiastica, ne majora mala proveniant, tolerantur. Idem const. 19. incip. Ad tuas manus: Verum dispensationes super gradibus aut impedimentis, ab Apostolica Sede pro ipsis non conceduntur, nisi adjecta conditione abjurandæ prius hæresis. Idem ibid. & citat. const. 51. incip. Magnæ Nobis admirationis: Hæretici occultis absolvi possunt à Pœnitentaria Apostolica. Idem tom. I. constit. 95. incip. Pastor bonus §. 9. Hæretici ad finem redeuntis summa charitate ab ecclesia recipiuntur. Idem const. 129. incip. Quamvis tempora §. 11.

A censuris propter hæresim formalem externam incursum nullus Confessarius quibusvis amplissimis facultatibus munitus, vel etiam tempore Jubilæi, absolvere potest, nisi expressam ad id facultatem habuerit; Benedic. XIV. constitut. incip. Inter præteritos §. 87. Videtis etiam cap. 4. & 6. lib. 9. de Synod. dioces.